206

Hours for Rome Use

Milan, ca. 1520

Geo. I. Thong

1843

N°2
819

(G.I.8. No 11.)

Januarius habet dies .xxxj. luna
xxx. Nox het hor. xvj. dies vo. viij.

A Circuncisio domini
b Octaua sancti Stephani.
c Octaua sci johannis.
d Octaua scoz innocentium.
e
f Epiphania domini
g Sci christophori martyris.
a
b
c Sci Pauli primi heremite.
d Sci Igini pape et martyris.
e Octaua epiphanie
f Sci felicis in pincis
g
a Sci Mauri abbatis.

b Sci Marcelli . pape .
c Sci Antonij abbatis .
d Sce Priſce . virginis & martyris .
e Sci Baſſiani epi et confeſſoris .
f Sci Sebaſtiani martyris .
g Sce Agnetis . Vginis et mris .
a Sci Vincentij martyris .
b Sce Emerentiane . Vg .
c Sci Feliciani epi .
d Conuerſio ſci Pauli .
e Sci Policarpi epi & mar .
f Sci Johannis chriſoſtomi .
g Sce Agnetis ſecundo .
a Sci Geminiani epi .
b
c Sci Ciri et Johannis mar .

Februari' habet dies.xxviij.Luna
xxix.nox habet horas xiiij.dies
xo.x.et qn eſt bixeſtus hz dies.xxix.

d Sce brigide.virg.
e Purificatio bte marie v.
f Sci Blaſy epi et mar.
g Sci Gilberti conf.
a Sce Agathe vg.et mar.
b Sce Dorothee.vg.& mar.
c
d
e Sce Apolonie.vg.et mar.
f Sce Scolaſtice.vg.
g
a
b Sce fuſce vg.& mar.
c Sci Valentini pape et mar.

Gift of SIMON GRATZ, ESQ., November 1925

d Scõꝝ fauſtini et iouite.
e Scē iuliane vg.
f Sci deſiderij epi et conf.
g Sci ſimeonis epi ꝛ conf.
a
b
c
d Cathedra ſci petri.
e Vigilia.
f Sci mathie apoſtoli.
g Scē conſtantie vg.
a
b
c

Martius habet dies .xxxj. Luna
.xxx. Nox hēt horas .xij. dies vo .xij.

d Sci herculiani epi et mar.
e Sci simplicij pape et conf.
f
g
a
b Sci Thome de aquino
c Scaꝝ Perpetue et felicitatis. mr
d
e Scoꝝ .xl. martyrū.
f
g
a Sci Gregorij pape.
b
c
d

e
f
g Sci Anſelmi epi.
a Sci Johannis conf.
b
c Sci Benedicti abbatis
d Sci Pauli epi et conf.
e
f .Vigilia.
g Annuntiatio bte Vginis marie.
a
b Sci iohis heremite ⁊ conf.
c
d
e
f

Aprilis habet dies .xxx. luna xxix. Nox hz horas .x. dies v°.xiiij.

g
a
b
c
d Sci uincentij conf'.
e Sci celestini pape.
f Sci alexandrini . mar.
g
a
b
c
d
e
f
g

a
b Sci Aniceti pape et mar.
c
d
e
f Scorum mrm sotheris et gay.
g
a Sci georgij . mar.
b
c Sci Marci euangeliste.
d Sci marcellini.
e
f Sci vitalis martiris.
g Sci petri ordinis predicatorum
a

Maius hẽt dies .xxxj . luna .xxx.
Nox habet horas viij . dies xv.xvj.

b Scõr apostolor Philippi et jacobi.
c Sci sigismundi regis.
d Inuentio sce Crucis.
e Sce monice
f Sci gotardi epi et conf.
g Sci johannis ante portam latinã.
a Sci Cleti pape et mar.
b Apparitio sci Michaelis
c
d Sci gordiani episcopi
e
f Scor nerei et archilei.
g Sce Theodore virginis
a Sci bonifatij mris.
b

c
d
e
f Sce potentiane vg.
g Sci Bernardini conf.
a
b
c
d
e Sci Vrbani pape et mar.
f Sci Eleutherij
g Sci Johannis pape et mar.
a
b
c Sci Felicis pape et mar.
d Sce petronille virginis.

Junius habet dies.xxx.luna.xxix.
Nox habet horas.viij.dies vo.xvj.

e Sci secundi mr̃is.
f Scor̃ marcellini et petri.
g
a
b
c
d Sci glaudi epi et conf'.
e Sci medardi epi ꝛ conf'.
f Scoꝝ Primi et feliciani.
g
a Sci Bernabe apli.
b Scoꝝ baſilidis et cirini
c Sci Antonij conf'
d
e Scoꝝ Viti et modesti.

f
g
a Scoꝝ mr̃ marci et marcelliani.
b Scoꝝ mr̃ geruasii et prothasii.
c Sci Siluerii pape.
d
e Sci paulini episcopi.
f .Vigilia.
g Natiuitas sci johis baptiste.
a
b
c
d Sci leonis. Vigilia.
e Scoꝝ aploꝝ Petri et pauli.
f Commemoratio sci pauli.

Julius habet dies. xxxj. luna. xxx.
Nox habet horas. xvj. dies. xv. 16.

g Octaua sci iohannis bapte.
a Visitatio bte marie virginis.
b
c
d
e Octa scorum Petri et pauli.
f
g
Sci zenonis mar.
b
c
d Scorum Naboris et Felicis
e Sci anacleti pape et mar.
f
g Scorum mr Quirici et iulite.

a
b Sce marine v. et s. Alexy conf.
c Sce Symphorose
d
e Sce Margarite vg.
f Sce Praxedis vg.
g Sce Marie magdalene.
a Sci Apolinaris
b Sce Christine. vg. vigilia.
c Sci Jacobi apostoli.
d Sce Anne.
e Sci Panthaleonis. mar.
f Scorum. mr. nazary celsi inctorus.
g Sce Marthe. vginis.
a
b Sci Fantini conf.

Auguſtus hēt dies. xxxj. luna. 30.
Nox hēt horas. x. dies vo. xiiij.

c Sci petri ad vincula
d Sci ſtephani pape
e Jnuentio ſci ſtephani mar.
f Sci juſtini preſbyteri.
g feſtum niuis: et ſci dominici.
a Tranſfiguratio dni.
b Sci Donati epi et. mar.
c Scoꝝ mꝛ Ciriaci largi ⁊ ſmarag.
d Sci romani. mar. Vigilia.
e Sci Laurentij. mar.
f Sci tiburtij et. ſ. ſuſane.
g Sce Clare vginis.
a Sci hyppoliti et ſocioꝝ ei9.
b Vigilia.
c Aſſumptio bte marie vg.

d Sci Rochi conf
e Octaua sci laurentij
f Sci Agapiti mar.
g Sci ludouici. epi.
a Sci bernardi. abbis.
b
c Scor. mr timothei hyppoliti
d .Vigilia.
e Sci Bartholomei apli.
f Sci ludouici regis francie
g
a
b Sci Augustini. epi.
c Decolatio sci johannis bapte.
d Scor. mr felicis et adaucti.
e

September hēt dies .30. luna .29.
Nox habet horas .12. dies vo .12.
f Sci Egidy abbatis
g Sci antonini mar.
a
b Sci Moysi prophete
c Sci marcelli pape et mar.
d
e
f Natiuitas bte Marie virg.
g Sci gorgony mar.
a Sci nicholay de tolentino
b Scoꝝ Prothi et iacinti.
c
d
e Exultatio scē Crucis.
f Sci Nicomedis mar.

g
a
b
c
d Sci Eustachij. Vigilia.
e Sci Mathei apli.
f Sci Mauritij cum sotijs.
g Sci Lini pape et mar
a
b
c Scor mr cipriani et iustine
d Scor Cosme et damiani
e
f Sci Michaelis archangeli.
g Sci Hieronymi pbri.

October habet dies. 31. luna 30.
Nox habet horas. xiiij. dies. x. x.

a Sci Remigij epi et conf.
b
c
d Sci francisci conf.
e
f Sci Magni epi et conf.
g Sce Justine. Virginis et mar.
a
b Sci Dionisij. epi.
c Sci Cerboni. epi.
d
e
f
g Sci calixti pape et mar.
a

b Sci Galli abbatis et conf.
c
d Sci Luce euangeliste
e
f
g Scaꝝ Vndecim miliū Virginū .et
a .s. Vrsule.
b
c
d Sci Crisanti et darie mar.
e
f .Vigilia.
g Scoꝝ aploꝝ Simonis et Jude.
a
b
c .Vigilia.

Nouember habet dies.30.luna.29.
Nox habet horas.xvi.dies h.o.viii.

d Festum omnium Sanctorum.
e Commemoratio omnium defunctorum.
f
g Sanctorum martyrum Vitalis et agricole.
a
b Sancti Leonardi conf.
c Sancti prodocimi.epi.
d
e Dedicatio saluatoris.
f
g Sancti Martini.epi.
a Sancti Martini pape et mar.
b Sancti Bricii conf.
c Sancti Johannis.epi.et conf.
d

e
f
g Dedicatio Scoꝝ petri ⁊ pauli.
a Sce helisabet
b
c Presentatio bte Marie Vg.
d Sce Cecilie Vginis ⁊ mar.
e Sci Clementis pape ⁊ mar.
f Sci Grisogoni mar.
g Sce Catherine. Vginis.
a Sci Petri alexandrini.
b
c
d Vigilia.
e Sci Andree apostoli.

December habet dies. 31. luna. 30.
Nox hẽt horas. 16. dies xo. 8 ...
f
g Sc̃e Bibiane. v̾g.
a
b Sc̃e Barbare. v̾g.
c Sc̃i Sabbe abbatis.
d Sc̃i Nicholay epi.
e Sc̃i Ambrosij archiepiscopi. mh.
f Conceptio bt̃e v̾ginis marie.
g Sc̃i Syri epi et conf.
a Sc̃i Melchiadis
b Sc̃i Damasi pape et conf.
c
d Sc̃e Lucie v̾g. et mar.
e
f

g
a
b
c
d Vigilia.
e Sci Thome apoſtoli.
f
g
a Vigilia.
b Natiuitas domini nri Jeſu xpi.
c Sci Stephani protomartyris.
d Sci Johannis euangeliſte.
e Scoꝝ Innocentium
f Sci Thome archiepiſcopi.
g
a Sci Silueſtri.







Incipit officium beate Virginis Marie ſecundum conſuetudinem romane curie. Ad matutinū. ℣.



Domine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me ſestina. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum amē. Alleluia. Et ſemper dicitur. Alleluia. preter i quadrageſſima ubi dici.



Laus tibi domine rex eterne glo
rie. Inuitatorium. Aue maria gra
tia plena. dominus tecum. Et re
petit' iterum. Pſalmus..

Venite exultemus domino
iubilemus deo ſalutari no
ſtro: preoccupemus faciem eius in
confeſſione: et in pſalmis iubile
mus ei. Aue maria gratia plena
dominus tecum. Quoniam deus
magnus dominus: et rex magnus
ſuper omnes deos: quoniam non
repellet dominus plebem ſuam
quia in manu eius ſunt omnes
fines terre: et altitudines monti
um ipſe conſpicit. Dominus te
cum. Quoniam ipſius eſt mare:



et ipſe fecit illud: et aridam fun
dauerunt manus eius: uenite ado
remus: et procidamus ante deum:
ploremus coram domino qui fecit
nos: quia ipſe eſt dominus deus
noſter nos autem populus eius:
et oues paſcue eius. Aue maria
gratia plena dominus tecum. Ho
die ſi uocem eius audieritis: no
lite obdurare corda ueſtra: ſicut
in exacerbatione ſecundum diem
tentationis in deſerto: ubi tentaue
runt me patres ueſtri: probauerũt
et viderunt opera mea. Dominus
tecum. Quadraginta annis pro
ximus fui generationi huic et di
xi ſemper hi errant corde: ipſi

uero non cognouerunt uias meas:
quibus iuraui in ira mea: ſi intro
ibit in requiem meam. Aue ma
ria gratia plena dominus tecum.
Gloria patri et filio et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio
et nunc et ſemper et in ſecula
ſeculorum amen. Dominus tecū.
Aue maria gratia plena dominus
tecum. Hymnus... ...
Quem terra pontus ethera
colunt adorant predicant
trinam regentem machinam cla
uſtrum marie baiulat. Cui luna
ſol et omnia deſeruiunt per tem
pora perfuſa celi gratia geſtant i
puelle uiſcera Beata mater mu

iij

nere cuius ſupernus artifex: mun
dum pugillo continens uentris ſub
archa clauſus eſt. Beata celi nun
cio fecunda ſancto ſpiritu deſide
ratus gentibus cuius per aluum
fuſus eſt. Gloria tibi domine: qui
natus es de uirgine cum patre et
ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecu
la. Amen. añt. Benedicta tu. ps.
Domine dominus noſter
quam admirabile eſt nomẽ
tuum in uniuerſa terra. Quoniã
eleuata eſt magnificentia tua ſuper
celos. Ex ore infantium et lactã
tium perfeciſti laudem: propter ini
micos tuos ut deſtruas inimicum
et ultorem. Quoniam uidebo ce

los tuos opera digitorum tuorum:
lunam et ſtellas quas tu funda
ſti. Quid eſt homo quod memor
es eius: aut filius hominis quoni
am uiſitas eum. Minuiſti eum
paulominus ab angelis gloria
et honore coronaſti eum et con
ſtituiſti eum ſuper opera manuū
tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pe
dibus eius: oues et boues uniuer
ſas inſuper et pecora campi. Vo
lucres celi et piſces maris qui
perambulant ſemitas maris. Do
mine dominus noſter quam ad
mirabile eſt nomen tuum in
uniuerſa terra. Gloria patri.
Ant. Benedicta tu in mulieribꝰ

iiij

et benedictus fructus uentris tui.
ant. Sicut mirra electa. Psalm⁹
CEli enarrant gloriam dei
et opera manuum eius an
nunciant firmamentum. Dies di
ei eructat uerbum: et nox nocti
indicat ſcientiam. Non ſunt lo
quelle neque ſermones quorum
non audiantur uoces eorum. In
omnem terram exiuit ſonus eorum:
et in fines orbis terre uerba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuū
et ipſe tanq̄ȝ ſponſus procedens
de thalamo ſuo. Exultauit ut
gigas ad currendam uiam a ſum
mo celo egreſſio eius. Et occur
ſus eius uſqȝ ad ſummum eius:

nec est est qui se abſcondat a calo
re eius. Lex domini immaculata
conuertens animas teſtimonium
domini fidele ſapientiam preſtans
paruulis. Iuſticie domini recte
letificantes corda: preceptum domi
ni lucidum illuminans oculos. Ti
mor domini ſanctus permanet in
ſeculum ſeculi: iudicia domini
uera iuſtificata in ſemetipſa. De
ſiderabilia ſuper aurum et lapidē
precioſum multum et dulciora ſu
per mel et fauum. Et enim ſeru⁹
tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis
illis retributio multa. Delicta quis
intelligit: ab occultis meis munda
me: et ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc
immaculatus ero: et emundabor
a delicto maximo. Et erunt ut
complaceant eloquia oris mei: et
meditatio cordis mei in conſpectu
tuo ſemper. Domine adiutor me
us: et redemptor meus. Gloria pa
tri. añt. Sicut mirra electa: odo
rem dediſti ſuauitatis ſancta dei
genitrix. añt. Ante thorum. ps.
Domini eſt terra et pleni
tudo eius: orbis terrarum
et uniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria fundauit
eum: et ſuper flumina preparauit
eum. Quis aſcendet in montem
domini: aut quis ſtabit in loco

ſancto eius. Innocens manibus
et mundo corde: qui non accepit
in uano animam ſuam: nec iura
uit in dolo proximo ſuo. Hic ac
cipiet benedictionem a domino: ⁊
miſericordiam a deo ſalutari ſuo.
Hec eſt generatio querentium
eum: querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes ueſtras
et eleuamini porte eternales: et
introibit rex glorie. Quis eſt iſte
rex glorie: dominus fortis et po
tens dominus potens in prelio.
Attollite portas principes ueſtras
et eleuamini porte eternales: et
introibit rex glorie. Quis eſt
iſte rex glorie: dominus uirtutū

ipſe eſt rex glorie. Gloria patri.
ant. Ante thorum huius uirginis
frequentate nobis dulcia canticha
dragmatis. V. Diffuſa eſt gratia
in labijs tuis. R. Propterea bene
dixit te deus in eternum. Oratio.
Pater noſter. Benedictio.
Precibus et meritis beate marie
ſemper uirginis: et omnium ſan
ctorum perducat nos dominus
ad regna celorum. R. Amen. V.
Iube domne benedicere. benedictio.
Nos cum prole pia benedicat uir
go maria. R. Amen. Lectio pri^a.
In omnibus requiem queſi
ui: et in hereditate domini
morabor: tunc precepit et dixit

mihi creator omnium: et qui crea
uit me requieuit in tabernaculo
meo. Et dixit mihi. In iacob in
habita: et in israel hereditare: et
in electis meis mitte radices. Tu
autem domine miserere nobis. R.
Deo gratias. R. Sancta et imma
culata virginitas: quibus te lau
dibus refferram nescio. Quia quē
celi capere non poterant tuo gre
mio contulisti. V. Benedicta tu in
mulieribus: et benedictus fructus
uentris tui. Quia quem celi cape
re non poterant tuo gremio contu
listi.

Lectio secunda

ET sic in sion firmata sum
et in ciuitate sanctificata et

ſimiliter requieui: et in hieruſalē
poteſtas mea. Et radicaui in po
pulo honorificato: et in partes dei
mei hereditas illius et in plenitu
dine ſanctorum detentio mea. Tu
aute domine miſerere nobis. ℟.
Deo gratias. ℟. Beata es uirgo
maria que dominum portaſti cre
atorem mundi. Genuiſti qui te
fecit et in eternum permanes uir
go. ℣. Aue maria gratia plena do
minus tecum. Genuiſti qui te fe
cit et in eternum permanes virgo.
℣. Iube domne benedicere. bndictio.
Per uirginem matrem concedat
nobis dominus ſalutem et pacē.
℟. Amen. Lectio. tertia

Quaſi cedrus exaltata ſum
ſum in libano: et quaſi cypreſ
ſus in monte ſyon. Quaſi palma
exaltata ſum in cades: et quaſi
plantatio roſe in hyerico: quaſi
oliua ſpecioſa in campis: et quaſi
plantanus exaltata ſum iuxta
aquas. In plateis ſicut cinamo
mum et balſamum aromatizans
odorem dedi: quaſi mirra electa
dedi ſuauitatem odoris. Tu autem
domine miſerere nobis. R. Deo gra
tias. R. Felix namque es ſacra uirgo
maria et omni laude digniſſima.
Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie
chriſtus deus noſter. V. Ora pro
populo: interueni pro clero: inter

cede pro deuoto femineo ſexu: ſen
tiant omnes tuum iuuamen quicūqꝫ
celebrant tuam ſanctam commemo
rationem. Quia ex te ortus eſt ſol
iuſtitie christus deus noſter. Glo
ria patri et filio. Christus deus
noſter.. Canticum ſanctorum Am
broſij et Augustini ... ...
TE deum laudamus: te do
minum confitemur. Te
eternum patrem: omnis terra vene
ratur. Tibi omnes angeli et ar
changeli: tibi celi et uniuerſe pote
ſtates. Tibi cherubin et ſeraphi
inceſſabili uoce proclamant. San
ctus. Sanctus. Sanctus domin
deus ſabaoth: Pleni ſunt celi et

terra maieſtatis glorie tue. Te glo
rioſus apoſtolorum chorus. Te pro
phetarum laudabilis numerus. x
Te martirum candidatus laudat
exercitus. Te per orbem terraruz
ſancta confitetur eccleſia. Patrez
immenſe maieſtatis. Venerandū
tuum verum et unicum filium x
Sanctum quoqz paraclitum ſpi
ritum. Tu rex glorie chriſte. Tu
patris ſempiternus es filius. Tu
ad liberandum ſuſcepturus homi
nem non horruiſti uirginis uterū.
Tu deuicto mortis aculeo aperui
ſti credentibus regna celoz. Tu
ad dexteram dei ſedes in gloria x
patris. Iudex crederis eſſe uen

. turus .

turus. Te ergo quesumus famu
lis tuis subueni quos precioso
sanguine redemisti. Eterna fac
cum sanctis tuis in gloria numera
ri. Saluum fac populum tuum do
mine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos et extolle illos usqꝫ
in eternum. Per singulos dies
benedicimus te. Et laudamus
nomen tuum in eternum et in se
culum seculi. Dignare domine die
isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere
nostri. Fiat misericordia tua do
mine super nos quemadmodum spe
rauimus in te. In te domine spe
raui non confundar in eternum...

Ad laudes. V.



Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Sicut erat. Alleluia. ant. Aſſumpta. ps.

Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem et precinxit ſe. Et enim firmauit orbem terre qui non commouebitur. Parata ſedes tua dominus ex tunc a ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina uocem ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos a uocibus aquarum

multarū. Mirabiles elationes ma
ris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta
ſunt nimis: domum tuam decet
ſanctitudo domine in longitudine
dierum. Gloria patri. aīt. Aſſum
pta eſt maria in celum gaudet
angeli laudantes benedicunt do
minum. aīt. Maria uirgo. ps.
Iubilate deo omnis terra
ſeruite domino in leticia.
Introite in conſpectu eius in ex
ultatione. Scitote quoniam domi
nus ipſe eſt deus: ipſe fecit nos
et non ipſi nos. Populus eius et
oues paſcue eius introite portas
eius in confeſſione: atria eius in

hymnus confitemini illi. Laudate
nomen eius quoniam ſuauis eſt ꝛ
dominus in eternum miſericordia
eius: uſqꝫ in generatione et gene
rationem ueritas eius. Gloria pri.
ant. Maria uirgo aſſumpta eſt ad
ethereum thalamum: in quo rex re
gum ſtellato ſedet ſolio. ant .. ..
In odorem .. .. .. pſalmus ..
DEus deus meus: ad te de lu
ce uigilo. Sitiuit in te ꝛ
anima mea: quam multipliciter ꝛ
tibi caro mea. In terra deſerta
in via et inaquoſa ſic in ſancto
apparui tibi: ut uiderem uirtutez
tuam et gloriam tuam. Quoniam
melior eſt miſericordia tua ſuper

uitas: labia mea laudabunt te. Sic
benedicam te in uita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas. Si
cut adipe et pinguedine repleatur
anima mea et labys exultationis
laudabit os meum. Si memor
fui tui super ſtratum meum in ma
tutinis meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus. Et in uelamento
alarum tuarum exultabo adhesit
anima mea poſt te: me ſuſcepit de
xtera tua. Ipſi uero in uanum
queſierunt animam meam: introi
bunt in inferiora terre tradentur
in manus gladij: partes uulpium
erunt. Rex uero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iurant

in eo: quia obſtructum eſt os loquē
tium iniqua.. Pſalmus.
Deus miſereatur noſtri et
benedicat nobis: illuminet
uultum ſuum ſuper nos et miſere
atur noſtri. Ut cognoſcamus in
terra uiam tuam in omnibus gen
tibus ſalutare tuum. Confiteant
tibi populi deus: confiteantur tibi
populi omnes. Letentur et exul
tent gentes quoniam iudicas po
pulos in equitate et gentes in
terra dirigis. Confiteantur tibi
populi deus: confiteantur tibi po
puli omnes terra dedit fructū
ſuum. Benedicat nos deus deus
noſter benedicat nos deus: et .o

metuant eum omnes fines terre. ꝛ
Gloria patri. añt In odorem vn
guentorum tuoꝝ currimus: adolo
ſcentule dilexerunt te nimis. añt.
Benedicta filia. Cãticũ triũ pueroꝝ.
BEnedicite omnia opera
domini domino: laudate ꝛ
et ſuperexaltate eum in ſecula. ꝛ
Benedicite angeli domini domino
benedicite celi domino. Benedicite
aque omnes que ſuper celos ſunt
domino: benedicite omnes virtutes
domini domino. Benedicite ſol ꝛ
luna domino: benedicite ſtelle ꝛ
celi domino. Benedicite imber ꝛ
ros domino: benedicite omnis ꝛ
ſpiritus dei domino. Benedicite

ignis et eſtus domino: benedicite
frigus et eſtas domino. Benedicite
rores et pruina domino: benedicite
gelu et frigus domino. Benedici
te glaties et niues domino: benedi
cite noctes et dies domino. Bene
dicite lux et tenebre domino: bene
dicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominũ laudet
et ſuperexaltet eum in ſecula. Be
nedicite montes et colles domino:
benedicite uniuerſa germinantia
in terra domino. Benedicite fon
tes domino: benedicite maria et
flumina domino. Benedicite cete
et omnia que mouentur in aquis
domino: benedicite omnes uolucres

29

xiij

celi domino. Benedicite omnes be
ſtie et pecora domino: benedicite fi
lij hominum dño. Benedicat iſra
el dominũ: laudet et ſuperexaltet
eum in ſecula. Benedicite ſacerdo
tes domini dño: benedicite ſerui
dñi dño. Benedicite ſpiritus et i
anime iuſtorum domino: benedi
cite ſancti et humiles corde dño.
Benedicite anania azaria et mi
ſael dominũ: laudate et ſuperexal
tate eum in ſecula. Benedicamus
patrem et filium cum ſancto ſpiri
tu laudemus et ſuperexaltemus eũ
in ſecula. Benedictus es domine i
firmamento celi: et laudabilis et i
glorioſus et ſuperexaltatꝰ i ſecula.

Ant. Benedicta filia tu a dño:
quia per te fructum uite commu
nicauim? ant. Pulchra es. ps.
Laudate dñm de celis: +
laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli ei?
laudate eum omnes uirtutes ei?
Laudate eum ſol et luna: lauda
te eum omnes ſtelle et lumen.
Laudate eum celi celoꝝ: et a
que omnes que ſuper celos ſunt
laudent nomen domini. Quia
ipſe dixit et facta ſunt: ipſe +
mandauit et creata ſunt. Sta
tuit ea in eternum et in ſeculuz
ſeculi: preceptum poſuit et non
preteribit. Laudate dñm de ter

ra dracones et omnes abyſſi. I
gnis grando nix glacies ſpiritus
procellarum: que faciunt uerbum
eius. Montes et omnes colles: li
gna fructifera et omnes cedri. Be
ſtie et uniuerſa pecora: ſerpentes et
uolucres pennate. Reges terre ⁊
omnes populi: principes et omnes
iudices terre. Iuuenes et uirgi
nes ſenes cum iunioribus laudent
nomen domini: quia exaltatum eſt
nomen eius ſolius. Confeſſio eius
ſuper celum et terram: et exaltauit
cornu populi ſui. Hymnus omni
bus ſanctis eius: filijs iſrael popu
lo appropinquanti ſibi. Pſalmus.
Cantate domino canticum

nouum: laus eius in eccleſia ſancto
rum. Letetur iſrael in eo qui fecit
eum: et filie ſion exultent in rege
ſuo. Laudent nomen eius in cho
ro in tympano: et pſalterio pſal
lant ei. Quia beneplacitū eſt dn̄o
in populo ſuo et exaltauit man
ſuetos in ſalutem. Exultabunt
ſancti in gloria: letabuntur in cu
bilibus ſuis. Exultationes dei i
gutture eorum: et gladij ancipites
in manibus eorum. Ad faciendā
uindictam in nationibus increpa
tiones et in populis. Ad alligan
dos reges eorum in compedibus :
et nobiles eorū in manicis ferre
is. Ut faciant in eis iudicium

conſcriptũ: gloria hec eſt omnibus
ſanctis eius. Laudate dominum
in ſanctis eius: laudate eum in fir
mamento uirtutis eius. Laudate
eum in uirtutibus eius: laudate
eum ſecundũ multitudinem ma
gnitudinis eius. Laudate eum i
ſono tube: laudate eum in pſalte
rio et cythara. Laudate eum in
tympano et choro: laudate eum i
cordis et organo. Laudate eum
in cymbalis beneſonantibus: lau
date eum in cymbalis iubilationis
omnis ſpiritus laudet dominũ. Glo
ria patri. añt Pulchra es et deco
ra filia hieruſalem: terribilis ut i
caſtrorum acies ordinata. Capl'm.

Viderunt eam filie ſyon et beatiſſimam predicauerũt et regine laudauerunt eam. ℟. Deo gratias. Hymnus.

O Glorioſa domina excelſa ſuper ſydera: qui te creauit prouide: lactaſti ſacro vbere. Quod eua triſtis abſtulit: tu reddis almo germine: intrent ut caſtra flebiles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua: et porta lucis fulgida: uitam datam per virginem: gentes redempte plaudite. Gloria tibi domine qui natus es de uirgine: cum patre et ſancto ſpiritu: in ſempiterna ſecula. Amen. ℣. Benedicta tu: in mulieri

bus. ℟ Et benedictus fructus uē-
tris tui. ant. Beata dei genitrix.
B Enedictus domi- Cap. zach.
nus deus iſrael: quia uiſita
uit et fecit redemptionem plebis
ſue. Et erexit cornu ſalutis nobis
in domo dauid pueri ſui. Sicut
locutus eſt per os ſanctorum: qui
a ſeculo ſunt prophetarū eius.
Salutem ex inimicis noſtris: ⁊
de manu omnium qui oderunt ⁊
nos. Ad faciendam miſericor
diam cum patribus noſtris: et ⁊
memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad
habraham patrem noſtrum datu
rum ſe nobis. Ut ſine timore de

manu inimicorum noſtrorum libera
ti: ſeruiamus illi. In ſanctitate ⁊
iuſtitia coram ipſo omnibus dieb⁹
noſtris. Et tu puer propheta al
tiſſimi uocaberis: preibis enim ante
faciem domini parare uias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis
plebi eius in remiſſionem peccato
rum meoꝝ: Per uiſcera miſeri
cordie dei noſtri: in quibus uiſita
uit nos oriens ex alto. Illumina
re his qui in tenebris: et in umbra
mortis ſedent: ad dirigendos pe
des noſtros in uiam pacis. Gloria.
ant. Beata dei genitrix uirgo ⁊
maria: perpetua templum domini
ſacrarium ſpiritus ſancti: ſola ⁊

. fine .

ſine exemplo placuiſti domino no
ſtro ieſu christo ora pro populo: i
terueni pro clero: intercede pro de
uoto femineo ſexu. kyrieleiſon. chri
ſteleyſon. kyrieleiſon. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te ueniat. oro...
Deus qui de beate marie
uirginis utero uerbum
tuum angelo nuntiante: carnem
ſuſcipere uoluiſti: preſta ſupplici
bus tuis: ut qui uere eam dei ge
nitricem credimus: eius apud te
interceſſionibus adiuuemur. Per
eundem christum dominū noſtrū.
℟. Amen. Commemoratio de ſāctis.
ant. Sancti dei omnes intercedere

dignemini pro nostra omniumqꝫ
ſalute. ℣ Letamini in domino et
exultate iuſti. ℟. Et gloriamini
omnes recti corde. Oratio
PRotege domine populum
tuum et apostolorum tuo
rum petri et pauli et aliorū apo
ſtolorum patrocinio confidentem
perpetua defenſione conſerua. De
OMnes ſancti tui ſanctis.
queſumus domine nos ubi
qꝫ adiuuent: ut dum eorum meri
ta recolimus patrocinia ſentiam⁹
et pacem tuam noſtris concede
temporibus: et ab eccleſia tua cun
ctam repelle nequitiā: iter actus
et uoluntates noſtras: et omniuꝫ

famuloꝝ tuorum in ſalutis tue pro
ſperitate diſpone: benefactoribus
noſtris ſempiterna bona retribue:
et omnibus fidelibus defunctis re
quiem eternam concede. Per dn̄m
noſtrū ieſum chriſtum filium tuū
qui tecum viuit et regnat in unita
te ſpiritus ſancti deus per omnia
ſecula ſeculoꝝ. ℟ Amen. ℣ Domine
exaudi orationem meam. ℟ Et cla
mor me⁹ ad te veniat. ℣ Benedi
camus domino. ℟ Deo gratias.
℣ Fidelium anime per dei miſe
ricordiam requieſcant in pace.
℟ Amen.

. Ad primam ℣ .



Deus in adiutorium
meum intende. ℟. Do
mine ad adiuuandū
me festina. Gloria
pri. Sicut erat.
Alleluia. Hymnus.

Memento salutis auctor
quod nostri quondam
corporis ex illibata uirgine nascen
do formam sumpseris. Maria ma
ter gratie mater misericordie tu nos
ab hoste protege et in hora mortis
suscipe. Gloria tibi domine: qui na
tus es de uirgine: cum patre et san
cto spiritu in sempiterna secula.
Amen. ant. Assumpta est.

Psalmus.

xviij

Deus in nomine tuo ſaluu͂ me fac: et in uirtute tua libera me. Deus exaudi orationem meam auribus percipe uerba oris mei. Quoniam alieni inſurrexeru͂t aduerſum me: et fortes queſierunt animam meam: et non propoſueru͂t deum ante conſpectu͂ ſuum. Ecce enim deus adiuuat me: et dominus ſusceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: et in ueritate tua diſperde illos. Voluntarie ſacrificabo tibi et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria. ps.

Benedixiſti domine terraȝ
tuam: auertiſti captiuita
tem ab iacob. Remiſiſti iniquita
tem plebis tue: operuiſti omnia ⁊
peccata eorum. Mitigaſti omnem
iram tuam: auertiſti ab ira indi
gnationis tue. Conuerte nos deus
ſalutaris noſter: et auerte iram ⁊
tuam a nobis. Nunquid in eter
num iraſceris nobis: aut extendes
iram tuam a generatione in gene
rationem. Deus tu conuerſus ⁊
viuificabis nos: et plebs tua letabi
tur in te. Oſtende nobis domine
miſericordiam tuam: et ſalutare
tuum da nobis. Audiam quid lo
quatur in me dominus meus quo

mam loquetur pacem in plebem
ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos et in
eos qui conuertuntur ad cor. Verũ
tamen prope timentes eum ſaluta
re ipſius: ut inhabitet gloria in
terra noſtra. Miſericordia et ue
ritas obuiauerunt ſibi: iuſticia et
pax oſculate ſunt. Veritas de ter
ra orta eſt: et iuſticia de celo pro
ſpexit. Etenim dominus dabit be
nignitatem et terra noſtra dabit
fructum ſuum. Iuſticia ante eum
ambulabit: et ponet in via greſſus
ſuos. Gloria patri. Pſalmus ....

Laudate dominũ omnes gẽ
tes et collaudate eum om
nes populi. Quoniam confirmata

eſt ſuper nos miſericordia eius et
ueritas domini manet in eternum.
Gloria patri. ant. Aſſumpta eſt
maria in celum gaudent angeli: lau
dantes benedicunt dominum. Cantic.
Que eſt iſta que progreditur
quaſi aurora conſurgens
pulchra ut luna electa ut ſol terri
bilis ut caſtrorum acies ordinata.
℟ Deo gratias. ℣ Dignare me
laudare te uirgo ſacrata. ℟ Da
mihi uirtutem contra hoſtes tuos
k. xpel. k. ℣ Domine exaudi oratio
nem meam. ℟ Et clamor meus ad
te ueniat. Oremus. Oratio
Deus qui uirginalem aulam
beate marie uirginis in

qua habitares eligere dignatus es: da quesumus: ut sua nos defensione munitos iocundos: sue faciat interesse commemorationi. Qui uiuis et regnas in secula seculor. ℟ Amen. Pro sanctis ant. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. ℣ Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Oremus. oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: et apostolor. tuor. petri et pauli et aliorum apostolorum nos tuere presidiis: quorum donasti fideles esse doctrinis. Oratio a fol. 9.

Omnes sancti tui quesumus ac

Supraſcripta cõmemoratio dicitur
ad primam ad ſextam et ad cõpleto
rium... Ad tertiam. V. ..



Deus in adiutorium
meum intende. R. Domine ad adiuuandũ
me feſtina. Gloria
patri. Sicut erat
in principio &c. Alleluia. hymnus.
Memento ſalutis auctor. a folio. x.
ant Maria uirgo. pſalmus...
Ad dominum cum tribu
larer clamaui et exaudiuit
me. Domine libera animam meam
a labÿs iniquis et a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid appona
tur tibi ad linguam doloſam. Sagitte

potentis acute: cum carbonibus de
solatorijs. Heu mihi quia incolatus
meus prolungatus est habitaui cū
habitantibus cedar: multum incola
fuit anima mea. Cum his qui ode
rum pacem eram pacificus cum
loquebar illis impugnabant me gra
tis. Gloria pri. Sicut. ps.
Leuaui oculos meos in mō
tes: unde ueniet auxilium
mihi. Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram. Non
det in commotionem pedem tuum
neque dormiet qui custodit te.
Ecce non dormitabit: neqꝫ dormi
et qui custodit israel. Dominus
custodit te dominus protectio

tua ſuper manum dexterã tuam.
Per diem ſol non uret te neqꝫ lu
na per noctem. Dominus cuſtodit
te: ab omni malo cuſtodiat animã
tuam dominus. Dominus cuſtodi
at introitum tuum: et exitum tu
um ex hoc nunc et uſqꝫ in ſeculũ.
Gloria pr̃i. Sicut erat. ps.
Letatus ſum in his que di
cta ſunt mihi in domum
domini ibimus. Stantes erant
pedes noſtri: in atriys tuis ieruſalẽ.
Ieruſalem que hedificatur ut ci
uitas: cuius participatio eius in
idipſum. Illuc enim aſcenderunt
tribus: tribus domini teſtimonium
iſrael: ad confitendũ nomini domini.

xxiij

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum david. Rogate que ad pacem sunt ierusalem: et habundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua: et habundantia in turribus tuis. propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesiui bona tibi. Gloria patri. Sicut erat. ant.. Maria uirgo assumpta est ad ethereum talamum: in quo rex regum stellato sedet solio. Capitulum..

Et sic in syon firmata sum et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in ierusalem potestas mea. ℟ Deo gratias. ℣.

Diffuſa eſt gratia in labys tuis. ℟ Propterea benedixit te deus in eternum. k. xpel. k. ℣ Domine exaudi orationem meã. ℟ Et clamor meus ad te ueniat .. Oratio .. ..

DEus qui ſalutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia preſtitiſti tribue queſumus: ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimus auctorem uite ſuſcipere. per dominum noſtrum. ℟ Amen. ant Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumqȝ ſalute. ℣ Letamini in domino et exultate iuſti. ℟ Et gloriamini omnes recti corde .. Oratio ..

xxiiij

Protege domine populum tuum et apoſtolorum tuorum
Petri et pauli et aliorum apoſtolorum
patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Oratio
Omnes ſancti tui queſumus domine &c. Per dominum noſtrum. ut folio. 9.

Ad Sextam. V.



Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Alleluia.
Hymnus. Memento ſalutis auctor &c. ut folio. x. Ant. In odorem. Ps.
Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Ecce ſicut

oculi ſeruorū in manibus dominorū
ſuorum. Sicut oculi ancille in mani
bus domine ſue: ita oculi noſtri ad
dominum deum noſtrum donec miſe
reatur noſtri. iſerere noſtri domi
ne miſerere noſtri: quia multum re
pleti ſumus deſpectione. Quia mul
tum repleta eſt anima noſtra obpro
brium habundantibus: et deſpectio
ſuperbis. loria patri. Sicut. ps.
Niſi quia dominus erat in no
bis dicat nunc iſrael: niſi
quia dominus erat in nobis. Cum
exurgerent homines in nos: forte
viuos deglutiſſent nos. um iraſce
retur furor eorum in nos: forſitan
aqua obſorbuiſſet nos. Torrentem

. pertranſiuit .

pertranſiuit anima noſtra: forſitan
pertranſiſſet anima noſtra: aquam
intollerabilem. Benedictus domi
nus: qui non dedit nos in captio
nem dentibus eorum. Anima no
ſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
venantium. Laqueus contritus
eſt: et nos liberati ſumus. Adiutori
um noſtrum in nomine domini
qui fecit celum et terram. Gloria
patri. Sicut erat... Pſalmus..
QVi confidunt in domino
ſicut mons ſion non cōmo
uebitur in eternum qui habitat in
ieruſalem. Montes in circuitu eius
et dominus in circuitu populi ſui
ex hoc nunc et uſqꝫ in ſeculum.

Quia non relinquet dominus
uirgam peccatorum ſuper ſortem
iuſtorum: ut non extendant iuſti
ad iniquitatem manus ſuas. Be
nefac domine bonis et rectis cor
de. Declinantes autem in obli
gationes: adducet dominus cum
operantibus iniquitatem: pax
ſuper iſrael. Gloria patri. Ant.
In odorem unguentorum. currimus
adoleſcentule dilexerunt te nimis.
Et radicaui in Capitulum.
populo honorificato et in
partes dei mei hereditas illius:
et in plenitudine ſanctorum de
tentio mea. ℞. Deo gratias. ℣.
Benedicta tu in mulieribus. ℞.

Et benedictus fructus uentris tui. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te ueniat. Oremus. oratio ..

Concede misericors deus fragilitati nostre presidiū: ut qui nostre sancte dei genitricis memoriam agimus: intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibꝫ resurgamus. Per eundem xp̄m dn̄m nr̄m. ℟ Amen. an. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra oīumqꝫ salute. ℣ Letamini in domino et exultate iusti. ℟ Et gloriamini omnes recti corde. Oratio ...

Exaudi nos deus salutaris
noster: et apostoloꝝ tuorū
petri et pauli et aliorū apostoloꝝ
nos tuere presidijs quorum donasti
fideles esse doctrinis. oratio ut s.
Omnes sancti tui &c. in folie. ℣.
Ad Nonam.



Eus in adiutorium
meum intende. ℟.
Domine ad adiuuā
dum me festina. Glo
ria patri et filio. Alleluia. Hymn⁹.
Memento salutis auctor quod no
stri &c. i folie. x. (. añt. Pulchra es.
IN conuertendo domin⁹ ps.
captiuitatem syon facti su
mus sicut consolati. Tunc repleti

eſt in gaudio os noſtrum: et lingua
noſtra exultatione. Tunc dicent in
ter gentes: magnificauit dominus
facere cum eis. Magnificauit do
minus facere nobiſcum: facti ſum⁹
letantes. Conuertere domine ca
ptiuitatem noſtram ſicut torrens
in auſtro. Qui ſeminant in lacri
mis in exultatione metent. Eun
tes ibant et flebant mittentes ſe
mina ſua. Venientes autem uenient
cū exultatione portantes manipulos
ſuos. Gloria patri. Sicut. ps...
Niſi dominus edificauerit
domum in uanum laborauerūt
qui edificant eam. Niſi dominus
cuſtodierit ciuitatem: fruſtra uigi

lat qui cuſtodit eam. Vanum eſt
nobis ante lucem ſurgere: ſurgite
poſtquam ſederitis: qui manducatis
panem doloris. Cum dederit dile
ctis ſuis ſomnum ecce hereditas
domini: filij merces fructus uentris.
Sicut ſagitte in manu potentis:
ita filij excuſſorum. Beatus uir
qui impleuit deſiderium ſuum ex
ipſis non confundetur cum loque
tur inimicis ſuis in porta. Gloria.
BEati omnes qui timent ps.
dominum: qui ambulant ī
uijs eius. Labores manuum tuaꝝ
quia manducabis: beatus es et be
ne tibi erit. Uxor tua ſicut uitis
habundans: ī lateribus domus tue.

Filij tui ſicut novelle olivarum in circuitu menſe tue. Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominū.
Benedicat te dominus ex ſyon: et uideas bona ieruſalem omnib⁹ diebus uite tue. Et uideas filios filiorum tuorum pacem ſuper iſrael.
Gloria patri. Sicut erat. antipha.
Pulchra es et decora filia ieruſalem: terribilis ut caſtrorum acies ordinata.. Capitulum .. .. ..
In plateis ſicut cinamomum et balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi mirra electa dedi: ſuavitatem odoris. ℟ Deo gratias.
℣. Poſt partum uirgo inuiolata permanſiſti. ℟ Dei genitrix inter

cede pro nobis. kiriel'. xpel'. kiriel'.
℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor.

Famulorum tuorum oro.
quesumus domine delictis
ignoſce et qui tibi placere de acti
bus noſtris non ualemus genitri
cis filij tui domini noſtri interceſ
ſione ſaluemur. Per eundem chri
ſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.
ant. Sancti dei omnes intercedere
dignemini pro noſtra omniumqz
ſalute. ℣. Letamini in domino et
exultate iuſti. ℟. Et gloriamini o
omnes recti corde. Oremus. oro.

Preſta queſumus omnipotēs
deus: ut nullis nos permittas
perturbationibus concuti quos i

apoſtolice confeſſionis petra ſolida
ſti. oro. Omnes ſancti tui & ceter^a.
Per dūm noſtrum. ut s. in folio. 9.



Ad Veſperas. V.
Deus in adiutorium
meum intende. R.
Domine ad adiuuan
dum me feſtina. Glo
ria patri. Alleluia. ant. Dū eſſet rex.
Dixit dominus domino ps.
meo: ſede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos ſcabel
lum pedum tuorum. Virgam uirtu
tis tue emittet dominus ex ſyon: do
minare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principiū in die uirtutis
tue in ſplendoribus ſanctorum ex

utero ante luciferum genui te. Iurauit dominus et non penite
bit eum tu es sacerdos in eternu:
ſecundum ordinem melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: confregit
in die ire ſue reges. Iudicabit
in nationibus implebit ruinas: cō
quaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in uia bibit: propterea
exaltauit caput. Gloria patri.
Sicut erat. ant. Leua eius. ps.
Laudate pueri dominum:
laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum:
ex hoc nunc et uſqʒ in ſeculum. A
ſolis ortu uſqʒ ad occaſum: lauda
bile nomen domini. Excelſus sup

omnes gentes dominus: et ſuper ce
los gloria eius. Quis ſicut domin'
deus noſter qui in altis habitat: et
humilia reſpicit in celo et in terra.
Suſcitans a terra inopem: et de
ſtercore erigens pauperem. Ut
collocet eum cum principibus: cuꝫ
principibus populi ſui. Qui habi
tare facit ſterilem in domo matrē
filioꝝ letantem. Gloria patri. añ.
Leua eius ſub capite meo: et de
xtera illius amplexabitur me.
ant. Nigra ſum ... Pſalmus ...
Letatus ſum in his que di
cta ſunt mihi: in domum
domini ibimus. Stantes erant
pedes noſtri: in atriis tuis hieruſa

lem. Hierusalem que hedificatur
ut ciuitas: cuius participatio eius
in idipsum. Illuc enim ascende
runt tribus: tribus domini testi
monium israel: ad confitendum
nomini domini. Quia illic sederūt
sedes in iudicio: sedes super domū
dauid. Rogate que ad pacem sunt
ierusalem: et habundantia diligen
tibus te. Fiat pax in uirtute tua:
et habundantia in turribus tuis
Propter fratres meos et proximos
meos loquebar pacem de te. Pro
pter domum domini dei nostri que
siui bona tibi. Gloria patri. Ant.
Nigra sum sed formosa filia ieru
salem: ideo dilexit me rex et intro

xxxi

duxit me in cubiculũ suum. añt.
Jam hyems.. Psalmus..
Nisi dominus edificauerit
domum: in uanum laboraue
runt qui hedificant eam. Nisi do
minus custodierit ciuitatem: fru
stra uigilat qui custodit eam. o
Uanum est uobis ante lucem sur
gere: surgite postquam sederitis:
qui manducatis panem doloris. Cu;
dederit dilectis suis somnum: ecce
hereditas domini: fily merces fru
ctus uentris. Sicut sagitte in
manu potentis ita fily excussorum.
Beatus uir qui impleuit desideriũ
suum ex ipsis non confundetur cũ
loquetur inimicis suis in porta. o

Gloria patri. ant Iam hyems trã
siyt imber abiyt et recessit: surge ⁊
amica mea et ueni. an Speciosa. ps.
LAuda hierusalem dominũ
lauda deum tuum syon. ⁊
Quoniam confortauit seras por
tarum tuarum: benedixit filys tuis
in te. Qui posuit fines tuos pace:
et adipe frumenti satiat te. Qui ⁊
emittit eloquium suum terre: uelo
citer currit sermo eius. Qui dat
niuem sicut lanam nebulam: sicut
cinerem spargit. Mittit cristallu:
suum sicut bucellas: ante faciem
frigoris eius quis sustinebit. E
mittet uerbum suum et liquefaciet
ea flabit spiritus eius et fluent ⁊

aque. Qui annunciat uerbum ſuū
iacob iuſtitias et iudicia ſua iſrael.
Non fecit taliter omni nationi: et
iudicia ſua non manifeſtauit eis.
Gloria. añt. Spetioſa facta es et
ſuauis: in delitijs tuis ſancta dei
genitrix ... Capitulum ..
Ab initio et ante ſecula cre
ata ſum: et uſqꝫ ad futurū
ſeculum non deſinam et in habita
tione ſancta coram ipſo miniſtraui.
R. Deo gratias. hymnus ..
Aue maris ſtella dei mater
alma: atqꝫ ſemper uirgo:
felix celi porta. Sumens illud aue
gabrielis ore funda nos in pace:
mutans eue nomen. Solue uincla

reis: profer lumen cecis: mala no
ſtra pelle: bona cuncta poſce. Mon
ſtra te eſſe matrem ſummat per te
preces qui pro nobis natus: tulit
eſſe tuus. Virgo ſingularis: inter
omnes mitis nos culpis ſolutos: i
mites fac et caſtos. Vitam preſta
puram iter para tutum: ut uiden
tes ieſum ſemper colletemur. Sit
laus deo pri: ſummo chriſto decus
ſpiritui ſancto: trinus honor unus.
Amen. V. Diffuſa eſt gratia in
labijs tuis. R. Propterea benedixit
te deus in eternum. ant. Beata ma
ter. Canticum beate marie virginis.
Magnificat anima mea do
minum. Et exultauit ſpi
ritus.

ritus meus in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem an
cille ſue: ecce enim ex hoc beatā
me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potēs
eſt et ſanctum nomen eius. Et mi
ſericordia eius a progenie in pro
genies: timentibus eum. Fecit po
tentiam in brachio ſuo diſperſit
ſuperbos mente cordis ſui. Depo
ſuit potentes de ſede: et exaltauit hu
miles. Eſurientes impleuit bonis
et diuites dimiſit inanes. Suſcepit
iſrael puerum ſuum recordatus mi
ſericordie ſue. Sicut locutus eſt ad
patres noſtros habraham et ſemini
eius in ſecula. Gloria patri. Sicut..

an. Beata mater et innupta uirgo
glorioſa regina mundi: intercede
pro nobis ad dominum. kiriel. xpel.
kiriel. ℣. Domine exaudi. ℟ Et
clamor meus. Oratio.

Concede nos famulos tuos
queſumus domine deus per
petua mentis et corporis ſanitate
gaudere: et glorioſa beate marie
ſemper uirginis interceſſione a pre
ſenti liberari triſtitia et eterna per
frui letitia. Per dominum noſtrū.
Amen. an. Sancti dei omnes inter
cedere dignemini pro noſtra omni
umqꝫ ſalute. ℣ Letamini in domi
no et exultate iuſti. ℟ Et gloria
mini omnes recti corde. oro.

PRotege domine populum
tuum et apoſtolorum tuorum
petri et pauli et aliorum apoſtoloꝝ
patrocinio confidentem perpetua de
fenſione conſerua. oratio
Omnes ſancti tui. ut s. in folio 9.

Ad Completorium. ℣.



Conuerte nos deus
ſalutaris noſter. ℟.
Et auerte iram tuã
a nobis. ℣ Deus in
adiutorium meum intende. ℟ Domi
ne ad adiuuandum me feſtina. Glo
ria patri et filio. Alleluia. pſ.
SEpe expugnauerunt me
a iuuentute mea: dicat nũc
iſrael. Sepe expugnauerunt me

a iuuentute mea et enim non po
tuerunt mihi. Supra dorſum me
um fabricauerunt peccatores: pro
lungauerunt iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidet ceruiceſ
peccatorum: confundantur et con
uertantur retrorſum omnes qui o
derunt ſion. Fiant ſicut fenum
tectorum: quod priuſqꝫ euellatur
exaruit. De quo non implebit
manum ſuam qui metet: et ſinum
ſuum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribāt
benedictio domini ſuper uos bene
diximus uobis in nomine domini.
Gloria patri et filio et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio.

xxxv.

De profundis clamaui ps.
ad te domine: domine exa
udi uocem meam. Fiant aures tue
intendentes: in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obſeruaueris
domine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propitiatio eſt: et
propter legem tuam ſuſtinui te do
mine. Suſtinuit anima mea in uer
bo eius: ſperauit anima mea in do
mino. A cuſtodia matutina uſqꝫ
in noctem: ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia
et copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael ex omnibꝰ
iniquitatibus eius. Gloria patri.
Sicut erat... Psalmus...

Domine non est exaltatum
cor meum: neqz elati sunt
oculi mei. Neqz ambulaui in ma
gnis: neqz in mirabilibus super
me. Si non humiliter sentiebam
sed exaltaui animam meam. Si
cut ablactatus est super matrem
suam: ita retributio in anima mea.
Speret israel in domino: ex hoc
nunc et usqz in seculum. Gloria
patri. Sicut erat. Hymnus uts
Memento salutis auctor. in folio x.
Ego mater pulchre di Cap.
lectionis: et timoris: et ma
gnitudinis: et sancte spei. ℟ Deo
gratias. ℣. Ora pro nobis sancta
dei genitrix. ℟ Ut digni efficiamur

promiſſionibus christi. ant. Sub tuum preſidium. Canticum. ſyme.

Nunc dimittis domine ſeruum tuum ſecundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue iſrael. Gloria patri et filio. ant. Sub tuum preſidium confugimus ſancta dei genitrix: noſtras deprecationes: ne deſpicias in neceſſitatibus: ſed a periculis cunctis libera nos ſemper uirgo glorioſa et benedicta. kiriel. xpel. kiriel. ℣ Domine exaudi. ℟. Et clamor. Oratio.

BEate et glorioſe ſemper q₃ uirginis marie queſumus domine intercesſio glorioſa nos protegat: et ad uitam perducat eternã. Per christum dominũ noſtrum. R. Amen. añ. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumq₃ ſalute. V. Letamini in domino et exultate iuſti. R. Et gloriamini omnes recti corde. oro

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: et apoſtolorum tuorꝫ petri et pauli: et aliorꝫ apoſtolorum nos tuere preſidijs: quorꝫ donaſti fideles eſſe doctrinis. oro

Omnes ſancti tui. ⁊ ce.ª in folio 9.

. Capitulũ.

xxxvij

Salue regina miſericordie. Vita dulcedo et ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij eue. Ad te ſuſpiramus gementes et flentes in hac lachrymarum valle. Eya ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et ieſum benedictum fructum uentris tui nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens: o pia: o dulcis uirgo maria. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui glorioſe uirginis matris marie corpus et animam ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur

ſpiritu ſancto cooperante prepara
ſti da ut cuius dulci commemora
tione letamr eius pia interceſſione
ab inſtantibus malis et a morte
perpetua liberemur. Per eundem
chriſtum dominum noſtrum amen..
Iſti tres pſalmi ſequentes dicun
tur die martis et die ueneris ad
matutinum.. ant. Spetie tua. ps.
ERuctauit cor meum uer
bum bonum: dico ego ope
ra mea regi. Lingua mea calamus
ſcribe: uelociter ſcribentis. Spetio
ſus forma pre filijs hominum dif
fuſa eſt gratia in labijs tuis pro
pterea benedixit te deus in eter
num. Accingere gladio tuo ſup

femur tuum potentissime. Specie
tua et pulchritudine tua intende et
prospere procede et regna. Propter
ueritatem et mansuetudinem et
iustitiam: et deducet te mirabiliter
dextera tua. Sagitte tue acute po
puli sub te cadent in corda inimi
corum regis. Sedes tua deus in
seculum seculi: uirga directionis
virga regni tui. Dilexisti iustitiā
et odisti iniquitatem: propterea un
xit te deus deus tuus oleo letitie
preconsortibus tuis. Mirra gutta
et cassia a uestimentis tuis a domi
bus eburneis: ex quibus delectaue
runt te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis: in

ueſtitu de aurato circumdata ua
rietate. Audi filia et uide et in
clina aurem tuam et obliuiſcere
populum tuum et domum patris
tui. Et concupiſcet rex decorem
tuum: quoniam ipſe eſt dominus
deus tuus et adorabunt eum. Et
filie tiri in muneribus uultum tuū
deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab i
intus in fimbrijs aureis circuma
micta uarietatibus. Adducentur
regi uirgines poſt eam proxime i
eius afferentur tibi. Afferentur
in letitia et exultatione adducent
in templum regis. Pro patribus
tuis nati ſunt tibi filij conſtitues

eos principes ſuper omnem terram. Memores erunt nominis tui domine in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum seculi. Gloria patri, Sicut. ant. Spetie tua et pulchritudine i tua intende prospere procede et regna. ant. Adiuuabit eam Psalm?

Deus noster refugium et virtus adiutor: in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra et transferentur montes in cor maris. Sonuerunt et turbate ſunt aque eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine ei?

Fluminis impetus letificat ciui
tatem dei ſanctificauit tabernacu
lum ſuum altiſſimus. Deus in
medio eius non commouebitur ad
iuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate ſunt gentes et incli
nata ſunt regna dedit uocem ſuā
et mota eſt terra. Dominus uir
tutum nobiſcum: ſuſceptor noſter
deus iacob. Venite et uidete ope
ra domini que poſuit prodigia ſu
per terram auferens bella uſqꝫ ad
fines terre. Arcum conteret et
confringet arma et ſcuta combu
ret igni. Vacate et uidete quo
niam ego ſum deus exaltabor in
gentibus et exaltabor in terra.

xl

Dominus uirtutum nobiſcum i
ſuſceptor noſter deus iacob. Gloria..
ant. Adiuuabit eam deus uultu
ſuo deus in medio eius non com
mouebitur. ant. Sicut letantium.
Fundamenta eius in mon
tibus ſanctis: diligit .ps.
dominus portas ſyon ſuper omnia
tabernacula iacob. Glorioſa dicta
ſunt de te: ciuitas dei. Memor ero
raab et babylonis ſcientium me
Ecce alienigene et tyrus et po
pulus ethyopum hi fuerunt illic.
Nunquid ſyon dicet homo et
homo natus eſt in ea et ipſe fun
dauit eam altiſſimus. Dominus
narrauit in ſcripturis populorum

et principum horum qui fuerunt i
ea. Sicut letantium omnium no
ſtrum habitatio eſt in te. Gloria
patri. Sicut erat. ant. Sicut le
tantium omnium noſtrum habita
tio eſt in te ſancta dei genitrix.
V. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.
R. Propterea benedixit te deus in
eternum. Pater noſter. etc. bndict.
Precibus et meritis etcet. Ut ſup.
Iſti tres pſalmi ſequentes dicunt
die merchurij et die ſabbati ad
matutinum. ant. Gaude maria. ps.
CAntate domino canticum
nouum: cantate domino o
omnis terra. Cantate domino et
benedicite nomini eius annuntiate

de die in diem ſalutare eius. An
nuntiate inter gentes gloriam eius
et in omnibus populis mirabilia
eius. Quoniam magnus dominus
et laudabilis nimis terribilis eſt
ſuper omnes deos. Quoniam om
nes dij gentium demonia: dominus
autem celos fecit. Confeſſio et
pulchritudo in conſpectu eius: ſan
ctimonia et magnificentia in ſancti
ficatione eius. Afferte domino
patrie gentium afferte domino
gloriam nomini eius. Tollite
hoſtias et introite in atria eius:
adorate dominum in atrio ſancto
eius. Commoueatur a facie eius
uniuerſa terra dicite in gentibus

quia dominus regnauit. Et enim
correxit orbem terre qui non com
mouebitur: iudicabit populos in
equitate. Letentur celi et exul
tet terra: commoueatur mare et
plenitudo eius gaudebunt campi
et omnia que in eis sunt. Tunc
exultabunt omnia ligna siluarum
a facie domini quia uenit: quoni
am uenit iudicare terram. Iu
dicabit orbem terre in equitate:
et populos in ueritate sua. Glo
ria patri. ant. Gaude maria uir
go cunctas hereses: sola interemi
sti: in uniuerso mundo. Antipha
Dignare me. Psalmus.
Dominus regnauit exul

tet terra: letentur inſule multe.
Nubes et caligo in circuitu eius:
iuſtitia et iudicium correctio ſe
dis eius. Ignis ante ipſum prece
det et inflamabit in circuitu inimi
cos eius. Illuxerunt fulgura eiꝰ
orbi terre: uidit et commota eſt
terra. Montes ſicut cera fluxerūt
a facie domini: a facie domini om
nis terra. Annunciauerunt celi
iuſticiam eius: et uiderunt omnes
populi gloriam eius. Confundan
tur omnes qui adorant ſculptilia:
et qui gloriantur in ſimulacris
ſuis. Adorate eum omnes angeli
eius: audiuit et letata eſt ſyon.
Et exultauerunt filie iude: pro

pter iudicia tua domine. Quoni
am tu dominus altiſſimus ſuper
omnem terram nimis exaltatus
es ſuper omnes deos. Qui dili
gitis dominum odite malum cu
ſtodit dominus animas ſanctorū
ſuorum de manu peccatoris libera
uit eos. Lux orta eſt iuſto et
rectis corde letitia. Letamini iu
ſti in domino et confitemini me
morie ſanctitatis eius. Gloria. ꝛ
ant. Dignare me laudare te uir
go ſacrata: da mihi uirtutem con
tra hoſtes tuos. an. Poſt partum.
Cantate domino canti .ps.
cum nouum: quia mirabilia
fecit. Saluauit ſibi dextera eius

et brachium ſanctum eius. Notū
fecit dominus ſalutare ſuum in
conſpectu gentium reuelauit iuſti
tiam ſuam. Recordatus eſt mi
ſericordie ſue et ueritatis ſue
domui iſrael. Viderunt omnes
termini terre ſalutare dei noſtri.
Iubilate deo omnis terra canta
te et exultate et pſallite. Pſallite
domino in citara in cythara et uo
ce pſalmi in tubis ductilibus et
uoce tube cornee. Iubilate in
conſpectu regis domini: moueatur
mare et plenitudo eius orbis ter
rarum et uniuerſi qui habitant i
eo. Flumina plaudent manu ſimul
montes exultabunt in conſpectu

domini quia uenit quoniam uenit
iudicare terram. Iudicabit or
bem terrarum in iustitia: et po
pulos in equitate. an. Post par
tum uirgo inuiolata permansisti
dei genitrix intercede pro nobis.
V. Diffusa est gratia in labijs tu
is. R. Propterea benedixit te
deus in eternum. oro. Pater noster.
Precibus et meritis. rc. ut sup.
Ad vesperas primi Sabbati de
aduentu usq3 ad vigiliã natiuita
tis domini agitur officium beate
marie uirginis modo subscripto.
Sabbato ante primam domini
cam de aduentu ad vesperas be
ate virginis. Ant. Missus est

angelus gabriel dicet^a. Cum reli-
quis de laudibus psalmi consueti.
Egredietur uirga de Cap.
radice iesse et flos de ra
dice eius ascendet et requiescet
super eum spiritus domini. ℟.
Deo gratias. Hymni et Versiculi
vts. Ad magnificat. ant.
Spiritus sanctus in te descendet
maria ne timeas habebis in utero
filium dei. Alleluia. oratio Vts.
Deus qui de beate marie.
dicet^a. ant. Ecce dominus
ueniet et omnes sancti eius cum
eo et erit in die illa lux magna
alleluia. ℣. Ecce apparebit domi-
nus super nubem candidam. ℟.

Et cum eo ſanctorum milia. oro.
Conſcientias noſtras queſu
mus domine uiſitando puri
fica ut ueniens ieſus chriſtus fili
us tuus dominus noſter cum om
nibus ſanctis paratam ſibi in no
bis inueniat manſionem. Qui te
cum uiuit et regnat in ſecula ſe
culorum. Amen. Supradicte oratio
nes et verſiculi predicto modo
dicuntur per omnes horas ad ma
tutinū inuitatoriū. añ. pſalmi et
verſiculi non mutantur vſqꝫ ad
lectiones Preter. añ. noni pſalmi
ſ. Poſt partum. Loco cuius dicitꝰ
añt. Angelus domini nunciauit
marie et concepit de ſpiritu ſan

cto.. .. Lectio prima ... ..

Miſſus eſt angelus gabriel
a deo in ciuitatem galilee
cui nomen nazareth ad uirginem
deſponſatam uiro cui nomen erat
ioſeph de domo dauid: et nomen
uirginis maria. Et ingreſſus ange
lus ad eam dixit. Aue gratia ple
na dominus tecum: benedicta tu i
mulieribus. Tu autem domine mi
ſerere nobis. ℟ Deo gratias. ℟.
Miſſus eſt angelus gabriel ad ma
riam uirginem deſponſatam ioſeph
nuncians ei uerbum: et expaueſcit
uirgo de lumine: ne timeas maria
inueniſti gratiam apud deum. Ecce
concipies et paries filium et uo

cabitur altiſſimi filius. ℟ Da
bit ei dominus deus ſedem dauid
patris eius: ⁊ regnabit in domo
iacob in eternum. Ecce concipies.
Que cum au Lectio ſecđa.
diſſet turbata eſt in ſer
mone eius et cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. Et ait ange
lus ei. Ne timeas maria inueni
ſti enim gratiam apud deum. Ecce
concipies in utero et paries filiū:
et uocabis nomen eius ieſum. o
Hic erit magnus et filius altiſ
ſimi uocabitur. Et dabit ei domi
nus deus ſedem dauid patris eius
et regnabit in domo iacob in eter
num: et regni eius non erit finis.

Tu autem domine miſerere nobis.
℟. Deo gratias. Aue maria gratia
plena dominus tecum. Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te et uir
tus altiſſimi obumbrabit tibi: i
quod enim ex te naſcetur ſanctū
uocabitur filius dei. ℣ Quomodo
fiet iſtud quoniam virū non cogno
ſco.... Et reſpondens angelus di
xit ei. Spiritus ſactus. Lectio
Dixit autem maria tertia.
ad Angelum. Quomodo
fiet iſtud quoniam uirum non
cognoſco: et reſpondens angelus
dixit ei. Spiritus ſanctus ſuper
ueniet in te: et uirtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Ideoqȝ et quod

naſcetur ex te ſanctum uocabitur
filius dei. Et ecce heliſabet cogna
ta tua et ipſa concepit filium in
ſenectute ſua et hic menſis eſt
ſextus illi que uocatur ſterilis
quia non erit impoſſibile apud
deum omne uerbum: dixit autem
maria ad angelum. Ecce ancilla
domini fiat mihi ſecundum uer
bum tuum. Tu autem domine
miſerere nobis. ℟ Deo gratias. ℟
Suſcipe uerbum uirgo maria quod
tibi a domino per angelum tranſmiſ
ſum eſt. Ecce concipies deum pa
riter et hominem. Ut benedicta
dicaris inter omnes mulieres. ℣.
Paries quidem filium et uirgini

tatis non patieris detrimentum efficieris grauida: et eris mater ſemper intacta. Ut benedicta. ℟ Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Ut benedicta. Ad laudes et per horas aṅt. Miſſus eſt angelus gabriel ad mariam uirginem deſponſatam ioſeph. pſal. Dominus regnauit. aṅt. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. alleluia. ps. Jubilate deo om̄s. Aṅt. Ne timeas maria inueniſti enim gratiam apud dominum: et ecce concipies et paries filium. alleluia. ps. Deus deus meus. aṅt Dabit ei dominus deus ſedem dauid patris

eius et regnabit in eternum. ps
Benedicite omnia opera domini
domino. añt. Ecce ancilla domini
fiat mihi ſecundum uerbum tuũ.
pſa. Laudate dominum de celis. i
Cantate domino canticum nouũ.
Laudate dominum in ſanctis ei9.
Cap. Egredietur uirga. Hymni
Verſiculi et pſalmi per omnes horas
dicuntur ſicut ante aduentum
preter uerſiculos none et comple
torij. Ad benedictus añt. Spiri
tus ſanctus in te deſcendet maria.
Orationes vt ſup̃ in ueſperis. Ad
primam. añt. Miſſus eſt. caplm.
Ecce uirgo concipiet et
pariet filium et uocabit

nomen eius emanuel: butyrum
mel comedet ut ſciat reprobare
malum et eligere bonum. Deo
gratias. Ad tertiam. an̄t. Aue
maria. Caplm. Egredietur. et cet.
Ad ſextam. an̄t. Ne timeas.
Dabit ei dominus deus Cap.
ſedem dauid patris eius
et regnabit in domo iacob in
eternum et regnū eius non erit
finis. ℟ Deo gratias. Ad nonā.
an̄t Ecce ancilla domini. Cap.
Ecce uirgo. ℣. Angelus domini
nunciauit marie. ℟ Et concepit
de ſpiritu ſancto. Ad veſperas.
an̄t. Miſſus eſt. Cum reliquis
de laudibus et pſalmis cōſuetis.

Capl'z. Egredietur. Cum reliquis uts. in uesperis. Ad completoriũ. Capl'z. Ecce uirgo. ℣. Angelus domini. Ad nunc dimittis añt. Spiritus ſanctus. Notandum quod a vigilia natiuitatis domini usqꝫ ad purificationem beate marie virginis fit officium ſicut ante aduentum excepto q' ad omnes horas dicitur oratio. Deus qui salutis eterne. Additis omnibus orationibus de apoſtolis cum alijs ad omnes horas ſicut ſcriptum eſt in officio ante aduentum. Jtez ad laudes et per horas oẽs: dicitur añt. O admirabile commertium creator generis humani animatũ

corpus

corpus ſumens de uirgine naſci
dignatus eſt et procedens homo
ſine ſemine largitus eſt nobis ſu
am deitatem. ant. Quando natus
es ineffabiliter ex uirgine tunc
implete ſunt ſcripture ſicut plu
uia in uellus deſcendiſti ut saluũ
faceres genus humanum te lau
damus deus noſter. an. Rubum
quem uiderat moyſes incombuſtũ
conſeruatam agnouimus tuam la
udabilem uirginitatem dei genitrix
intercede pro nobis. Ant. Germinauit
radix ieſſe orta eſt ſtella ex iacob
uirgo peperit ſaluatorem te lau
damus deus noſter. an. Ecce maria
genuit nobis ſaluatorem quem o

iohannes uidens exclamauit dicēs. Ecce agnus dei ecce qui tollit pec cata mundi alleluia. Ad benedi ctus. aīt. Mirabile misterium declaratur hodie: innouantur na ture: deus homo factus est id ꝗ quod fuit permansit: et quod nō erat assumpsit: non commixtionē passus neqꝫ diuisionem. Ad ma gnificat et nūc dimittis. aīt. Magnum hereditatis misterium templum dei factus est uterus nesciens uirum non est pollutus ex ea carnem assummens omnes gentes uenient dicentes gloria tibi domine. Sciendum est qꝛ a vesperis sabbati sancti usqꝫ

.L.

ad aſcenſionem fit officium bea
te marie uirginis ſicut ante o
aduentum. Excepto q ad magni
ficat et ad nunc dimittis et ad
benedictus dicitur. Regina ce
li letare alleluia: quia quem me
ruiſti portare aleluia reſurrexit
ſicut dixit Alleluia. ora pro no
bis deum alleluia...

Explicit officium beate marie
uirginis ſecundum conſuetudi
nem romane curie...

Ad miſſam ſancte marie virginis
Introitus ... ...



Salue ſancta parens
enixa puerpera reges
qui celum terramqꝫ
regit in ſecula ſecu
lorum. Virgo dei
genitrix quem totus non capit
orbis in tua ſe clauſit uiſcera fa
ctus homo. Gloria patri et filio.
Sicut erat in principio. oratio..
Concede nos famulos
tuos queſumus domine
deus perpetua mentis et corporis
ſanitate gaudere et glorioſa bea
te marie ſemper uirginis interceſ
ſione a preſenti liberari triſtitia

et eterna perfrui letitia. Per do
minum noſtrum. Lectio libri ſapi
Ab initio et ante ſe entie.
cula creata ſum: et uſqꝫ
ad futurum ſeculum non deſinam
et in habitatione ſancta coram
ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyon
firmata ſum et in ciuitate ſancti
ficata ſimiliter requiem et in hie
ruſalem poteſtas mea. Et radica
ui in populo honorificato et in
partes dei mei hereditas illius
et in plenitudine ſanctorum de
tentio mea. Deo gratias. Grad'.
Benedicta et uenerabilis es uir
go maria que ſine tactu pudoris
inuenta es mater ſaluatoris. ℣ ſicu.

Virgo dei genitrix quem totus
non capit orbis in tua ſe clauſit
uiſcera factus homo. Alleluia. Vir
ga ieſſe floruit: uirgo deum et ho
minem genuit: pacem deus reddi
dit in ſe reconcilians ima ſumis.
Alleluia. Sequentia ſancti euan
gelij ſecundum Lucam. R..
Gloria tibi domine...
IN illo tempore extollens
uocem quedam mulier de
turba dixit ad ieſum. Beatus
uenter qui te portauit et ubera
que ſuxiſti. At ille dixit. Quin
immo beati qui audiunt uerbū
dei et cuſtodiunt illud. offerto.
Aue maria gratia plena dominus

tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus ſabbaoth. Pleni ſunt celi et terra gloria tua osanna in excelſis. V. Benedictus qui venit in nomine domini oſāna in excelſis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Post communionem. Beata viſcera marie virginis que portauerunt eterni patris filium.

Oratio

Sumptis domine ſalutis
noſtre ſubſidijs da queſu
mus beate marie ſemper uirginis
patrocinijs nos ubiqꝫ protegi in
cuius ueneratione hec tue obtuli
mus maieſtati. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum qui tecum uiuit et regnat
in unitate ſpiritus ſancti deus
per omnia ſecula ſeculorum. ℞.
Amen. ℣. Domine exaudi oratio
nem meam. ℞. Et clamor meus
ad te ueniat. ℣. Ite miſſa eſt.
℞. Deo gratias.

Incipiunt ſeptem pſalmi peniten
tiales. ant. Ne reminiſcaris. ps.

liij



Domine ne in furore
tuo arguas me neqꝫ
in ira tua corripias
me. Miserere mei
domine quoniam in
firmus sum sana me domine quo
niam conturbata sunt omnia ossa
mea. Et anima mea turbata est
valde: sed tu domine usqꝫ quo.
Convertere domine et eripe
animam meam: saluum me fac
propter misericordiam tuam. Quo
niam non est in morte qui memor
sit tui in inferno autem quis cō
fitebitur tibi. Laboraui in gemi
tu meo lauabo per singulas noctes
lectum meum lachrymis meis stra

tum meum rigabo. Turbatus eſt
a furore oculus meus: inueteraui
inter omnes inimicos meos. Di
ſcedite a me omnes qui operami
ni iniquitatem: quoniam exaudi
uit dominus uocem fletus mei. i
Exaudiuit dominus deprecatio
nem meam dominus orationem
meam ſuſcepit. Erubeſcant et i
conturbentur uehementer omnes
inimici mei: conuertantur et eru
beſcant ualde uelociter. Gloria.
Beati quorum remiſſe ſũt
iniquitates et quorum te
cta ſunt peccata. Beatus uir cui
non imputauit dominus peccatũ:
nec eſt in ſpiritu eius dolus. o

Quoniam tacui inueterauerunt
omnia oſſa mea dum clamarem ⁊
tota die. Quoniam die ac nocte
grauata eſt ſuper me manus tua
conuerſus ſum in erumna mea ⁊
dum confringitur ſpina. Delictū
meum cognitum tibi feci et iniu
ſtitiam meam non abſcondi. Di
xi confitebor aduerſum me iniu
ſtitiam meam domino: et tu remi
ſiſti impietatem peccati mei. Pro
hac orabit ad te omnis ſanctus
in tempore oportuno. Uerumtamē
in diluuio aquarum multarum ad
eum non approximabunt. Tu es
refugium meum a tribulatione ⁊
que circumdedit me exultatio mea

erue me a circumdantibus me. ꝛ
Intellectum tibi dabo et inſtru
am te in uia hac qua gradieris ꝛ
firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus et mul
lus in quibus non eſt intellectus.
In camo et freno maxillas eoꝝ
conſtringe qui non approximant
ad te. Multa flagella peccatoris
ſperantes autem in domino miſe
ricordia circumdabit. Letamini
in domino et exultate iuſti: et glo
riamini omnes recti corde. Gloria.
Domine ne in furore tuo. ps.
arguas me neqꝫ in ira tua
corripias me. Quoniam ſagitte
tue infixe ſunt mihi et confirma

ſti ſuper me manum tuam. Non
eſt ſanitas in carne mea a facie
ire tue: non eſt pax oſſibus meis
a facie peccatorum meorum. Quo
niam iniquitates mee ſupergreſſe
ſunt caput meum: et ſicut onus
graue grauate ſunt ſuper me.
Putruerunt et corrupte ſunt
cicatrices mee a facie inſipientie
mee. Miſer factus ſum et cur
uatus ſum uſq; in finem tota
die contriſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
ſunt illuſionibus et non eſt ſa
nitas in carne mea. Afflictus
ſum et humiliatus ſum nimis
rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſideri
um meum et gemitus meus a te
non eſt abſconditus. Cor meū
conturbatum eſt in me dereliquit
me uirtus mea et lumen oculorū
meorum et ipſum non eſt mecū.
Amici mei et proximi mei ad
uerſum me appropinquauerunt
et ſteterunt. Et qui iuxta me
erant de longe ſteterunt et uim
faciebant qui querebant animā
meam. Et qui querebant mala
mihi locuti ſunt uanitates et do
los tota die meditabantur. Ego
autem tanq̄ ſurdus non audie
bam: et ſicut mutus non aperiēs
os ſuum. Et factus ſum ſicut

homo non audiens: et non habēs
in ore ſuo redargutiones. Quom
am in te domine ſperaui tu exau
dies me domine deus meus. Quia
dixi ne quando ſupergaudeant
mihi inimici mei dum commouē
tur pedes mei ſuper me mala lo
cuti ſunt. Quoniam ego in fla
gella paratus ſum: et dolor meus
in conſpectu meo ſemper. Quo
niam iniquitatem meam ānuntia
bo et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt et
confirmati ſunt ſuper me et mul
tiplicati ſunt qui oderunt me
inique. Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant mihi quo

niam ſequebar bonitatem. Ne i
derelinquas me domine deus meus
ne diſceſſeris a me. Intende in
adiutorium meum domine deus
ſalutis mee. Gloria patri. ps.
Miſerere mei deus ſecundũ
magnam miſericordiam
tuam. Et ſecundum multitudi
nem miſerationum tuarum dele
iniquitatem meam. Amplius la
ua me ab iniquitate mea et a pec
cato meo munda me. Quoniam
iniquitatem meam ego cognoſco
et peccatum meum contra me eſt
ſemper. Tibi ſoli peccaui et ma
lum coram te feci ut iuſtificeris
in ſermonibus tuis et uincas cuꝫ

iudicaris

iudicaris. Ecce enim iniquitati
bus conceptus ſum et in peccatis
concepit me mater mea. Ecce eni
ueritatem dilexiſti incerta et oc
culta ſapientie tue manifeſtaſti
mihi. Aſperges me domine yſopo
et mundabor lauabis me et ſuper
niuem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium et letitiam et ex
ultabunt oſſa humiliata. Auerte
faciem tuam a peccatis meis et om
nes iniquitates meas dele. Cor
mundum crea in me deus et ſpiri
tum rectum innoua in uiſceribus
meis. Ne proycias me a facie tua
et ſpiritum ſanctum tuum ne aufe
ras a me. Redde mihi letitiam

ſalutaris tui: et ſpiritu principali
confirma me. Docebo iniquos ui
as tuas et impij ad te conuertent.
Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis mee: et exultabit lin
gua mea iuſtitiam tuam. Domine
labia mea aperies et os meum
annuntiabit laudem tuam. Quo
niam ſi uoluiſſes ſacrificium de
diſſem utiqꝫ holocauſtis et non
delectaberis. Sacrificium deo ſpi
ritus contribulatus cor contritū
et humiliatum deus non deſpici
es. Benigne fac domine in bona
uoluntate tua ex ſyon ut hedificē
tur muri hieruſalem. Tunc acce
ptabis ſacrificium iuſtitie obla

tiones et holocauſta tunc imponent
ſuper altare tuum uitulos. Gloria.
Domine exaudi orationem. ps.
meam: et clamor meus ad
te ueniat. Non auertas faciem
tuam a me in quacumque die tribu
lor inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te
velociter exaudi me. Quia defece
runt ſicut fumus dies mei: et oſ
ſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum ut femum et aru
it cor meum: quia oblitus ſum co
medere panem meum. A uoce ge
mitus mei: adheſit os meum car
ni mee. Similis factus ſum pelli
cano ſolitudinis: factus ſum ſicut

nicticorax in domicilio. Vigilaui
et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius
in tecto. Tota die exprobrabant
michi inimici mei: et qui laudabant
me aduerſum me iurabant. Quia
cinerem tanquam panem mandu
cabam: et poculum meum cum fle
tu miſcebam. A facie ire indigna
tionis tue quia eleuans alliſiſti
me. Dies mei ſicut umbra declina
uerunt: et ego ſicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum
permanes: et memoriale tuum in
generatione et generationem. Tu
exurgens miſereberis ſyon quia
tempus miſerendi eius quia uenit
tempus. Quoniam placuerunt

ſeruis tuis lapides eius: et terre ꝛ
eius miſerebuntur. Et timebunt
gentes nomen tuum domine: et ꝛ
omnes reges terre gloriam tuam.
Quia hedificauit dominus ſyon
et uidebitur in maieſtate ſua. Re
ſpexit in orationem humilium: et
non ſpreuit preces eorum. Scri
bantur hec in generatione altera:
et populus qui creabitur laudabit
dominum. Quia proſpexit de ex
celſo ſancto ſuo: dominus de celo
in terram aſpexit. Ut audiret
gemitus compeditorum: ut ſolue
ret filios interemptorum. Ut ānū
cient in ſion nomen domini: et lau
dem eius in hieruſalem. In con

ueniendo populos in unum et reges
ut ſeruiant domino. Reſpondit ei
in uia uirtutis ſue paucitatē dieꝝ
meoꝝ nūtia mihi: Ne reuoces me i dimi
dio dieꝝ meoꝝ i gn̄atiōe ⁊ gn̄atiōes āni tui
Initio tu dn̄e terrā fūdaſti: ⁊ opera
manuum tuarum ſunt celi. Ipſi
peribunt tu autem permanes: et
omnes ſicut ueſtimentum uetera
ſcent. Et ſicut opertorium mu
tabis eos et mutabuntur: tu autē
idem ipſe es et anni tui non defi
cient. Filij ſeruorum tuorum habi
tabunt et ſemen eorum in ſeculū
dirigetur. Gloria pri. Pſalmus.
De profundis clamaui ad
te domine: domine exaudi

uocem meam: Fiant aures tue in
tendentes in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obſeruaueris
domine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propitiatio eſt et
propter legem tuam ſuſtinui te do
mine. Suſtinuit anima mea in
uerbo eius ſperauit anima mea in
domino. A cuſtodia matutina uſqꝫ
ad noctem ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia
et copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael ex omni
bus iniquitatibus eius. Gloria.
Domine exaudi oratio .ps.
nem meam: auribus per
cipe obſecrationem meam in ueri

tate tua exaudi me in tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cum
ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur
in conſpectu tuo omnis uiuens.
Quia perſecutus eſt inimicus
animam meam humiliauit in ter
ra uitam meam. Collocauit me
in obſcuris ſicut mortuos ſeculi:
et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus
meus in me turbatum eſt cor me
um. Memor fui dierum antiquo
rum meditatus ſum in omnibus
operibus tuis et in factis manuū
tuarum meditabor. Expandi ma
nus meas ad te: anima mea ſicut
terra ſine aqua tibi. Velociter
exaudi me domine defecit ſpiritꝰ

meus. Non auertas faciem tuam
a me: et ſimilis ero deſcendentib⁹
in lacum. Auditam fac mihi ma
ne miſericordiam tuam quia in te
ſperaui. Notam fac mihi uiam
in qua ambulem quia ad te leua
ui animam meam. Eripe me de
inimicis meis domine ad te confu
gi: doce me facere uoluntatem tu
am quia deus meus es tu. Spiri
tus tuus bonus deducet me in ter
ram rectam propter nomen tuum
domine uiuificabis me in equita
te tua. Educes de tribulatione
animam meam: et in miſericordia
tua diſperdes omnes inimicos t
meos. Et perdes omnes qui tri

bulant animam meam quoniam
ego ſeruus tuus ſum. Gloria pa
tri et filio et ſpiritui ſancto. Si
cut erat in principio et nunc et
ſemper et in ſecula ſeculorū. amē.
ant. Ne reminiſcaris domine de
licta noſtra uel parentum noſtro
rum neqꝫ uindictam ſummas de
peccatis noſtris. Letanie ...

Kyrieleiſon. Chriſteleiſon
Kyrieleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de celis deus miſerere nobis.
Fili redemptor mundi deꝰ miſerē nob.
Spiritꝰ ſancte deus miſerere nobis.
Sancta trinitas unus deꝰ miſerē nob.

Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix or.
Sancta uirgo uirginum or.
Sancte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Omnes ſancti angeli et archan
geli orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpiritu
um ordines orate pro nobis.
Sancte johannes baptiſta or.
Omnes ſancti patriarce et pro
phete orate pro nobis.
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte jacobe or.

Sancte johannes or.
Sancte thoma or.
Sancte iacobe or.
Sancte philippe or.
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or.
Sancte ſymon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte bernaba or.
Sancte lucha or.
Sancte marce or.
Omnes ſancti apoſtoli et euange
liſte orate pro nobis.
Omnes ſancti diſcipuli dñi orate.
Omnes ſancti innocentes orate.
Sancte ſtephane or.

Sancte laurenti or.
Sancte vincenti or.
Sancte fabiane or.
Sancte ſebaſtiane or.
Sancte blaſi or.
Sancti johannes et paule orate.
Sancti coſma et damiane orate.
Sancti geruaſi et prothaſi orate.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte ſilueſter or.
Sancte Ambroſi or.
Sancte gregori or.
Sancte martine or.
Sancte Auguſtine or.
Sancte hieronyme or.
Sancte nicholae or.
Sancte liuonice or.

Sancte iuliane or.
Omnes ſancti pontifices et con
feſſores orate pro nobis.
Omnes ſancti doctores orate.
Sancte benedicte or.
Sancte franciſce or.
Sancte antoni or.
Sancte dominice or.
Omnes ſancti monachi et here
mite orate pro nobis.
Omnes ſancti ſacerdotes et
leuite orate pro nobis.
Sancta maria magdalena or.
Sancta agnes or.
Sancta lucia or.
Sancta cecilia or
Sancta agatha or.

lxiiij°

Sancta catherina or.
Sancta clara or.
Sancta heliſabeth or.
Omnes ſancte uirgines et uidue orate pro nobis.
Omnes ſancti et ſancte dei intercedite pro nobis ..
Propitius eſto exaudi nos domine.
Propitius eſto parce nobis domine.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato libera nos dn̄e.
Ab ira tua li.
A ſubitanea et improuiſa morte. li.
Ab inſidijs diaboli li.
Ab ira et odio et omni mala voluntate. li.
A ſpiritu fornicationis li.

A fulgure et tempeſtate · li.
A morte perpetua li.
Per miſterium ſancte incarnatio
nis tue. li.
Per aduentum tuum li.
Per natiuitatem tuam li.
Per baptiſmum et ſanctum ie
iunium tuum li.
Per crucem et paſſionem tuā. li.
Per mortem et ſepulturā tuā li.
Per ſanctā reſurrectionē tuā li.
Per admirabilem aſcēſionē tuā li.
Per aduentum ſpiritus ſancti
paracliti li.
In die iudicij li.
Peccatores te rogamus audi nos
Ut nobis parcas te.

. Ut nobis .

.lxv.

Ut nobis indulgeas te.
Ut ad ueram penitentiam nos per
ducere digneris te.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere
et conſeruare digneris te.
Ut donum apoſtolicum et omnes
eccleſiaſticos ordines in ſancta reli
gione conſeruare digneris te.
Ut regibus et principibus chri
ſtianis pacem et ueram concordiam
donare digneris te.
Ut nos metipſos in tuo ſancto ſer
uitio confortare et conſeruare di
gneris. te.
Ut mentes noſtras ad celeſtia de
ſideria erigas te
Ut omnibus benefactoribus no

ſtris ſempiterna bona retribuas te.
Ut animas noſtras fratrum pro
pinquoꝝ et benefactorum noſtrorū
ab eterna damnatione eripias te.
Ut fructus terre dare et conſer
uare digneris te.
Ut omnibus fidelibus defunctis
requiem eternam donare digneriſ te.
Ut nos exaudire digneris te.
Fili dei te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mū
di parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mū
di exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mū
di miſerere nobis.
Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos
Chyrieleiſon
Chriſteleiſon
Chyrieleyſon. Pater noſter. ℣.
Et ne nos. ℟ Sed libera nos. ps.
DEus in adiutorium meū
intende: domine ad adiu
uandum me feſtina. Confundan
tur et reuertantur qui querunt
animam meam. Auertantur re
trorſum et erubeſcant: qui nolunt
mihi mala. Auertantur ſtatim
erubeſcentes: qui dicunt mihi eu
ge euge. Exultent et letentur in
te omnes qui querunt te: et dicāt
ſemper magnificetur dominus qui
diligunt ſalutare tuum. Ego uero

egenus et pauper ſum deus adiuua
me. Adiutor meus et liberator me
us es tu: domine ne moreris. lo
ria patri. ℣. Saluos fac ſeruos tu
os. ℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Eſto nobis dñe turris fortitudinis
℟. A facie inimici. ℣. Nihil profi
ciat inimicus in nobis. ℟. Et fi
lius iniquitatis non apponat no
cere nobis. ℣. Domine non ſecun
dum peccata noſtra facias nobis.
℟. Neqꝫ ſecundum iniquitates
noſtras retribuas nobis. ℣. Ore
mus pro papa noſtro. ℟. Domi
nus conſeruet eum et uiuificet
eum et beatum faciat eum in ter
ra: et non tradat eum in animaz

inimicorum eius. ℣. Oremus pro be
nefactoribus noſtris. ℟ Retribue
re dignare domine omnibus nobis
bona facientibus propter nomen
tuum ſanctum uitam eternam amē.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem eternam dona eis do
mine: et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟ Amen.
℣. Pro fratribus noſtris abſentibꝰ.
℟. Saluos fac ſeruos tuos deus
meus ſperantes in te. ℣ Mitte eis
domine auxilium de ſancto. ℟ Et
de ſyon tuere eos. ℣. Domine exau
di orationem meam. ℟ Et clamor
meus ad te ueniat. Oremus.

Oratio

DEus cui proprium eſt miſere
ri ſemper et parcere: ſuſcipe
deprecationem noſtram: et nos et o
omnes famulos tuos quos delictoꝝ
cathena conſtringit miſeratio tue
pietatis abſoluat. Oratio ...

EXaudi queſumus domine
ſupplicum preces et confitē
tium tibi parce peccatis: ut pariter
nobis indulgentiam tribuas beni
gnus et pacem. Oratio ..

INeffabilem nobis domine
miſericordiam tuam clemen
ter oſtende: ut ſimul nos a peccatis
omnibus exuas et a penis quas
pro his meremur eripias ... ...

. Oratio .

lxviii

Deus qui culpa offenderis pe
nitentia placaris preces popu
li tui ſupplicantis propitius reſpice:
et flagella tue iracundie que pro pec
catis noſtris meremur auerte. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus
miſerere famulo tuo papa no
ſtro et dirige eum ſecundum tuam
clementiam in uiam ſalutis eterne:
ut te donante tibi placita cupiat
et tota uirtute perficiat. Oratio.
Deus a quo ſancta deſideria
recta conſcilia et iuſta ſunt
opera: da ſeruis tuis illam quam
mundus dare non poteſt pacem et
corda noſtra mandatis tuis dedita
et hoſtium ſublata formidine tem

poꝛa ſint tua pꝛotectione tranquilla.
URe igne ſancti ſpiritus oꝛo.
renes noſtros et coꝛ noſtrū
domine: ut tibi caſto coꝛpoꝛe ſerui
amus et mundo coꝛde placeamus.
Fidelium deus omnium oꝛo.
conditoꝛ et redemptoꝛ ani
mabus famulozum famularumqꝫ
tuarum remiſſionem cunctozum
tribue peccatozum ut indulgentiaꝫ
quam ſemper optauerunt pijs ſup
plicationibus conſequantur. oꝛo.
ACtiones noſtras queſumus
domine aſpirando pꝛeueni
et adiuuando pꝛoſequere: ut cuncta
noſtra oꝛatio et operatio a te ſem
per incipiat: et ꝑ te cepta finiatur. ō.

lxviij

Omnipotens ſempiterne de⁹
qui uiuorum dominaris ſimul
et mortuorum omniumqȝ miſereris
quos tuos fide et opere futuros
eſſe prenoſcis: te ſuppliciter exora
mus: ut pro quibus effundere preces
decreuimus quoſqȝ uel preſens ſecu
lum adhuc in carne retinet uel futu
rum iam exutos corpore ſuſcepit
intercedentibus omnibus ſanctis tuis:
pietatis tue clementia omnium de
lictorum ſuorum ueniam conſequan
tur. Per dominum noſtrum. ℣.
Domine exaudi orationem meã. ℟.
Et clamor meus ad te perueniat
℣. Exaudiat nos omnipotens et
miſericors deus. ℟. Amen. ℣. Fide

lium anime per misericordiam dei
requieſcant in pace. ℟ Amen ...

Simbolum Athanaſij ...

Quicunqȝ uult ſaluus eſſe
ante omnia opus eſt ut
teneat catolicam fidem. Quam
niſi quiſqȝ integram inuiolatamqȝ
ſeruauerit abſqȝ dubio in eternū
peribit. Fides autem catholica hec
eſt ut unum deum in trinitate et
trinitatem in unitate ueneremur.
Neqȝ confundentes perſonas neqȝ
ſubſtantiam ſeparantes. Alia eſt
enim perſona patris. alia filij. alia
ſpiritus ſancti. Sed patris et fi
lij et ſpiritus ſancti una eſt diui
nitas equalis gloria coeterna maie

ſtas. Qualis pater: talis filius: taliſ
ſpiritus ſanctus. Increatus pater:
increatus filius: increatus ſpiritus
ſanctus. Immenſus pater: immē
ſus filius: immenſus ſpiritus ſan
ctus. Eternus pater: eternus filiꝰ
eternus ſpiritus ſanctus. Et ta
men non tres eterni: ſed unus eter
nus. Sicut non tres increati: nec
tres immenſi: ſed unus immenſus.
Similiter omnipotens pater: om
nipotens filius: omnipotens ſpiri
tus ſanctus. Et tamen non tres
omnipotentes: ſed unus omnipotēs.
Ita deus pater: deus filius: deus
ſpiritus ſanctus. Et tamen non
tres dij: ſed unus eſt deus. Ita

dominus pater: dominus filius: do
minus ſpiritus ſanctus. Et tamē
non tres domini ſed unus eſt dn̄s.
Quia ſicut ſingillatim unamquā
q3 perſonam deum ac dominum ⁊
confiteri chriſtiana ueritate com
pellimur: ita tres deos aut dominos
dicere catholica religione prohibe
mur. Pater a nullo eſt factus nec
creatus nec genitus. Filius a pa
tre ſolo eſt: non factus nec creat⁹
ſed genitus. Spiritus ſanctus a
patre et filio: non factus nec crea
tus: nec genitus ſed procedēs. Un⁹
ergo pater non tres patres: unus
filius non tres filij: unus ſpiritus
ſanctus non tres ſpiritus ſancti.

lxxi

Et in hac trinitate nihil prius aut
poſterius: nihil maius aut minus:
ſed tote tres perſone coeterne ſibi
ſunt et coequales. Ita ut per omnia
ſicut iam ſupradictum eſt et unitas
in trinitate et trinitas in unitate
ueneranda ſit. Qui uult ergo ſaluꝰ
eſſe: ita de trinitate ſentiat. Sed
neceſſarium eſt ad eternam ſalutē:
ut incarnationem quoqꝫ domini
noſtri ieſu chriſti fideliter credat.
Hec eſt ergo fides recta ut creda
mus et confiteamur quia dominus
noſter ieſus chriſtus dei filius deus
et homo eſt. Deus eſt ex ſubſtan
tia patris ante ſecula genitus: et
homo eſt ex ſubſtantia matris in

ſeculo natus. Perfectus deus per
fectus homo ex anima rationali ⁊
humana carne ſubſiſtens. Equalis
patri ſecundum diuinitatem minor
patre ſecundum humanitatem.
Qui licet deus ſit et homo: non
duo tamen ſed unus eſt chriſtus.
Unus autem non conuerſione ⁊
diuinitatis in carnem: ſed aſſum
ptione humanitatis in deum. Unus
omnino non confuſione ſubſtantie
ſed unitate perſone. Nam ſicut ⁊
anima rationalis et caro unus eſt
homo ita deus et homo unus eſt ⁊
chriſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute
noſtra: deſcendit ad inferos: tertia
die reſurrexit a mortuis. Aſcen

dit ad celos ſedet ad dexteram dei
patris omnipotentis: inde uenturus
eſt iudicare uiuos et mortuos. Ad
cuius aduentum omnes homines ꝛ
reſurgere habēt cum corporibus ꝛ
ſuis: et reddituri ſunt de factis pro
prijs rationem. Qui bona egerunt
ibunt in uitam eternam: qui uero
mala in ignem eternum. Hec eſt
fides catholica quam niſi quiſqꝫ ꝛ
fideliter firmiterqꝫ crediderit ſal
uus eſſe non poterit. Gloria pa
tri et filio et ſpiritui ſancto Si
cut erat in principio et nunc et
ſemper et in ſecula ſeculorum Amē.

Incipit officium mortuorum ..
Ad uesperas. ant. Placebo. ps.
Dilexi quoniam exa
udiuit dominus uo
cem orationis mee.
Quia inclinauit au
rem suam mihi. et i
diebus meis inuocabo eum. Circũ
dederunt me dolores mortis: et peri
cula inferni inuenerunt me. Tri
bulationem et dolorem inueni et i
nomen domini inuocaui. O domine
libera animam meam misericors i
et dominus iustus: et deus noster
miseretur. Custodiens paruulos
dominus humiliatus sum et libera
uit me. Conuerte animam meã

in requiem tuam quia dominus be
nefecit mihi. Quia eripuit animã
meam de morte oculos meos a la
chrimis pedes meos a lapsu. Pla
cebo domino in regione uiuorum.
Requiem eternam dona eis domi
ne. Et lux perpetua luceat eis. ℣
añt. Placebo domino in regione
uiuorum. añ. Heu mihi. psalmus.
¶ Ad dominum cum tribularer. ꝛc
Require in fol. 21. añt Heu mi
hi quia incolatus meus prolun
gatus est. añt. Dominus. psal.
¶ Leuaui oculos meos in montes.
Require in fol. 22. añt. Domi
nus custodit te ab omni malo ℣
custodiat animam tuam domin⁹

an. Si iniquitates. ps De profun
dis clamaui. &c. Requiem eternã
&c. Require in fol. 35. ant. Si
iniquitates obseruaueris domine
domine quis sustinebit. an Opera.
Confitebor tibi domine i
toto corde meo: quoniam
audisti uerba oris mei. In con
spectu angelorum psallam tibi: o
adorabo ad templum sanctum tu
um et confitebor nomini tuo. o
Super misericordia tua et ueri
tate tua quoniam magnificasti
super omne nomen sanctum tuũ.
In quacunque die inuocauero
te exaudi me: multiplicabis in
anima mea uirtutem. Confiteã

tur tibi domine omnes reges ter
re: qui audierunt omnia uerba oris
mei. Et cantent in uijs nomen i
domini: quoniam magna eſt gloria
domini. Quoniam excelſus domin⁹
et humilia reſpicit: et alta a lon
ge cognoſcit. Si ambulauero in
medio tribulationis uiuificabis
me et ſuper iram inimicorum me
orum extendiſti manum tuam et
ſaluum me fecit dextera tua. Do
minus retribuet pro me miſeri
cordia tua in ſeculum et opera
manuum tuarum ne deſpicias. i
Requiem. ant. Opera manuum
tuarum ne deſpicias. ℣ Audiui
uocem de celo dicentem mihi. ℟

Beati mortui qui in domino mo
riuntur. añt. Omne. Canticum.
Magnificat anima mea dominũ.
Require ad uesperas i fol. 32. Re
quiem. añt Omne quod dat mi
hi pater ad me ueniet et eum q
qui uenit ad me eiciam foras.
Pater noster. Psalmus.
Lauda anima mea dominũ
laudabo deum in uita mea
psallam deo meo quam diu fuero.
Nolite confidere in principibus
neqꝫ in filijs hominum in quibus
non est salus. Exibit spiritus
eius et reuertetur in terram suã
in illa die peribunt omnes cogi
tationes eorum. Beatus cuius

deus iacob adiutor eius: ſpes eius
in domino deo ipſius qui fecit ce
lum et terram mare et omnia que
in eis ſunt. Qui cuſtodit uerita
tem in ſeculum: facit iudicium i
iniuriam patientibus dat eſcam
exurientibus. Dominus ſoluit
compeditos dominus illminat ce
cos. Dominus erigit eliſos do
minus dirigit iuſtos. Domin⁹
cuſtodit aduenas: pupillum et
Viduam ſuſcipiet: et uias pecca
torum diſperdet. Regnabit do
minus in ſecula deus tuus ſyon
in omni generatione et genera
tionem. Requiem eternam. ℣.
Requieſcant in pace. ℟. Amen.

.lxxvi.

℣. Domine exaudi. ℟. Et cla
mor meus.. Oratio...

DEus qui inter apoſtolicos
ſacerdotes famulos tuos
pontificali ſeu ſacerdotali feciſti
dignitate uigere preſta queſumus
ut eorum quoque perpetuo aggre
gentur conſortio.. Oratio....

DEus uenie largitor et hu
mane ſalutis amator qu
eſumus clementiam tuam ut no
ſtre congregationis fratres ſoro
res, propinquos et benefactores
noſtros qui ex hoc ſeculo tranſie
runt: beata maria ſemper uirgine
intercedente cum omnibus ſan
ctis tuis ad perpetue beatitudinis

conſortium peruenire concedas. Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumqz tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur. Per dominum noſtrum ieſum christus.

℣ Requiem eternam dona eis domine. ℟ Et lux perpetua luceat eis.

℣ Requieſcant in pace. ℟ Amen.

Ad Matutinum Inuitatorium..

Regem cui omnia uiuunt. Venite adoremus. Pſalmus...

Venite exultemus domino iubilemus deo ſalutari noſtro pre

occupemus faciem eius in confeſ
ſione et in pſalmis iubilemus ei.
Regem cui omnia uiuunt. Quo
niam deus magnus dominus et rex
magnus ſuper omnes deos quoniam
non repellet dominus plebem ſuam
quia in manu eius ſunt omnes fines
terre et altitudines montium ipſe
conſpicit. Venite adoremus. Quo
niam ipſius eſt mare et ipſe fecit
illud: et aridam fundauerunt manus
eius: uenite adoremus et procidam
ante deum ploremus coram domi
no qui fecit nos quia ipſe eſt do
minus deus noster: nos autem po
pulus eius et oues paſcue eius.
Regem cui omnia uiuunt. Ho

die ſi vocem eius audieritis nolite
obdurare corda ueſtra ſicut in ex
acerbatione ſecundum diem ten
tationis in deſerto ubi tentauerūt
me patres ueſtri probauerunt et
uiderunt opera mea. Venite adore
mus. Quadraginta annis proxim'
fui generationi huic: et dixi semp
hi errant corde ipſi uero non cō
gnouerunt uias meas quibus iura
ui in ira mea ſi introibunt in re
quiem meam. Regem cui omnia
uiuunt. ℣ Requiem eternam do
na eis domine. ℟ Et lux perpetua
luceat eis. ℣. Venite adoremus. ℟
